Si falsus procurator pecuniam acceperit perferendam creditori³⁾, et subripuerit eam⁴⁾, non fit eius, et furtum committit. Si vero eam debitor dederit ea mente, ut procuratoris fieret⁵⁾, non delinquit⁶⁾, cum voluntate domini⁷⁾ acceperit.

3) pecuniam — perferendam creditori] Puta pecuniam non obsignatam accepit, ut creditori daret.

4) et subripuerit eam] Solutio ligamine.

5) si vero eam debitor dederit ea mente, ut procuratoris fieret] Hagiotheod. Non ait, cum procuratori donaverit. Nam quam ratione diceret, eum, cum donatam pecuniam acceperit, furtum non fecisse? Ridiculum enim foret hoc a Iurisconsulto doceri. Praeterea ita haec species ficta est, nummos falso procuratori esse datos, ut eos creditori perferret. Et tale est usque ad finem. Itaque ut utrumque dicamus, et datos esse falso procuratori nummos. et quidem ut eos creditori perferret, pendendum est, pecuniam non fuisse obsignatam. Nam et ad hanc usque speciem extenditur pecuniae obsignatae et non obsignatae differentia, quam didicisti in lib. 13. tit. 2. cap. 41. et ibi adnotatione. Pecunia non obsignata datur, ut ea simpliciter perferatur creditori, et tunc, si plane non pertulerit, furtum facit, eique, qui dedit, furti tenetur, nisi ego dationem ratam habuero. Lege cap. 81. them. 5. in fine. Sed si quot nummos accepit, tot etiam pertulit, in nihil amplius tenetur. Sed si pecuniam obsignatam acceperit, etiamsi totidem nummos creditori pertulerit, tamen furtum facit, verum creditori, non ei, qui dedit: et multo magis, si nihil pertulit. Et si quidem creditor ratum habuerit, furtum ei facit: sin minus, ei, qui dedit, secundum dictum finem them. 5. cap. 81. Eum furtum pecuniae facere, dicas, ut volueris: vel quod plane non pertulit, vel quod signis solutis pertulit: nam qui hoc fecit, manifestat se omnino voluisse furtum facere, et subripuit nummos, deinde poenitentia actus pertulit ad eum, qui eos accepturus erat, eo tempore, quo nihil hoc ei proficeret, ut cap. 66.

Cum scilicet pecuniam non obsignatam accepit, ut quam vellet, domino daret, eandem vel aliam similem. Nam dedit ei pecuniam non obsignatam, ut daret aliam eiusdem bonitatis.

6) non delinquit] Quaere tit. 10. cap. 18. et ultimam ibi adnotationem.

7) voluntate domini] Eius, qui dedit.

Si daturum indebitum⁸⁾ delegavero, ut pro me §. 2. solveret, non aliter teneor furti, quam si me praesente solverit.

8) si daturum indebitum] Si quis indebitum accepturus delegaverit debitorem, ut alii solveret, et absente delegante solvatur debitum, non tenetur furti. Sed si praesente eo solvatur, quia ipse, qui delegavit, videtur indebitum accipere, furtum committit.

Qui se locupletem dicit, vel qui pollicetur se §. 3. fideiussores daturum, vel in merces se collocaturum⁹⁾ quod accepit mutuo, vel confestim pecuniam soluturum, impostor est potius, quam fur. Datur autem in cum actio de dolo, si alia actio non sit¹⁰⁾.

ε) Verba ὅμοια — ἕτερα e Cod. 1350. huc inserta desunt apud Fabr.



ἡ δαπάνη εἰς φορτία] * Τοῦ αὐτοῦ^{h)}. Τυχὸν εἶπεν ὁ δανειζόμενος· μὴ νομίξω, ὁ δανείζων, ὅτι λήψομαι τὰ νομίματα καὶ διαπανθῶ ταῦτα δαπάνην ἀφανή, ἢ ἀφ' ἧς οὐκ ἐπιζέεις ἀπολαβεῖν· εἰς ταῦτα γὰρ τὰ φορτία, ἃ ὄρις, μέλλω ταῦτα καταβαλεῖν, καὶ ἐξωνήσασθαι τὰ φορτία, καὶ παντως ἀρκέσει σοι, κἂν εἰς ἀποφθίην τὰ φορτία, κἂν καὶ τὰ νομίματα σοι οὐ δίδονται. πρὸς τοῦτο γοῦν ὁ δανειστής συμπεισθεῖς ἐδάνεισεν.

Δεσποτικόςⁱ⁾ τυχὸν δοῦλος ὢν. [Sch. I. VII. 339.]

ἐὰν ἑτέρα οὐχ ὑπεστὶν ἀγωγῇ] Μὴ ἀτιμοποιός· ἢ γὰρ στελιονατός^{k)} ἐν τοῖς μυσσοῖς ἀτιμοί, εἰ καὶ^{l)} ἐξτραοφθινάριά ἐστίν. [Sch. m. VII. 339.]

* Τὴ γὰρ, ὅτι ἐπρωτηθῆ μὴ ποιῆσαι δόλον, καὶ ὑπὲρ ἢ ἐκ στυπουλατου;

§. 4. Ὅ^{m)} τὸ ἀλλότριον πρᾶγμα ἐρριμμένον λαμβάνων LVII. ἐπὶ τῷ κερδάνει, κἂν ἀγνοῇ, τίνος ἐστίν, ὑπόκειται τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ.

§. 5. Εἰ μὴ ἄρα ἀπρονόητον ὁ δεσπότης εἶασεν αὐτό. τότε γὰρ, κἂν ὡς κλέπτων αὐτὸ ἔλαβεν, ἐπειδὴ ἐπαύσατο αὐτοῦ εἶναι, οὐχ ὑπόκειται· κλοπὴ γὰρ οὐ γίνεται, μὴ ὄντος τοῦ τὴν κλοπὴν ὑφισταμένου.

§. 6. Εἰ δὲ τὸ μὴ ὄν ἀπρονόητον, ἐνόμισεν ἀπρονόητον, οὐκ ἔστι κλέπτης.

§. 7. 8. Εἰ δὲ μὴ ἦν ἀπρονόητον, μήτε ἐνόμισεν, ἔλαβε δὲ ἐπὶ τῷ ἀποδοῦναι τῷ εὐρισκομένῳ δεσπότη, οὐχ ὑπόκειται τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ.

§. 9. Κἂν εὐρετραⁿ⁾ λάβῃ.

ὁ τὸ ἀλλότριον πρᾶγμα ἐρριμμένον λαμβάνων] Οὐ θελήματι τοῦ δεσπότου, ἀλλὰ ἀγνοίᾳ ἢ καὶ ἀνοσίῳ προαιρέσει διὰ τὸ ἐξῆς θεμ. [Sch. n. VII. 339.]

* Ἐάν τις ἀλλότριον πρᾶγμα ἐρριμμένον ἀφέλῃται ἐπὶ τῷ ἀποκερδῆσαι, τῇ φοῦρτι κατέχεται, εἴτε οἶδε, τίνος ἐστὶ τὸ πρᾶγμα τὸ κλεπτόμενον, εἴτε ἀγνοῖ. οὐδὲν γὰρ συμβάλλεται πρὸς τὸ μειῶσαι τὴν κλοπὴν τὸ ἀγνοεῖν, τίνος ἐστὶ τὸ κλεπτόμενον. εἰ δὲ ὁ δεσπότης ἐγκαταέλειπε τὸ πρᾶγμα, ὡς ἀποταξάμενος αὐτῷ, οὐχ ἀμαρτάνει κλοπὴν, εἰ καὶ ψυχὴν κλεπτόντος ἔσχευ ὁ λαμβάνων αὐτό· οὐδέποτε γὰρ γίνεται κλοπὴ, εἰ μὴ εἴη πρόσωπον, ὧτινι γίνεται ἡ κλοπὴ. ἐν δὲ τῷ προκειμένῳ θεματι οὐκ ἐστὶν ὁ κλεπτόμενος· ἤρρεσε γὰρ ἡ Σαβίνου καὶ Κασίου γνώμη τῶν λεγόντων, παραχρῆμα πανεῖσθαι ἡμέτερα εἶναι τὰ πρᾶγματα, ἅπερ καταλιμπάνομεν προδελεκτικά^{o)}. εἰ δὲ οὐκ ἦν μὲν τὸ πρᾶγμα τῇ ἀληθείᾳ προδελεκτικόν, ἐνόμισε δὲ ὁ εὐρών αὐτὸ εἶναι προδελεκτικόν, κατέχεται^{p)} τῇ φοῦρτι. τοιγαροῦν ἴδωμεν, εἰ, ὅταν ἠγνοεῖ μὲν, τίνος εἴη τὸ πρᾶγμα, οὕτως δὲ ὁ λαβὼν αὐτό, ὡς ἀποδώσων τῷ ζητούντι αὐτό, ἢ τῷ ἀποδιδυννῆναι, ἴδιον εἶναι τὸ πρᾶγμα, εἰ κατέχεται τῇ φοῦρτι. καὶ οὐ νομίξω αὐτὸν κατέχεσθαι. πολλῶν οὖν μάλιστα οὗτοι ἀποδιδυννοῦσι, μὴ κλεπτικῇ προαιρέσει εἰληφέναι τὸ εἰρημένον πρᾶγμα. τί οὖν, εἰ ἐπιζητεῖ τὰ λεγόμενα εὐρετρα· ἀρα οὐδὲ οὕτως κλοπὴν ἀμαρτάνει; καὶ μοι δοκεῖ, μηδὲ οὕτως αὐτὸν ἀμαρτάνειν κλοπὴν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα οὐ σεμνῶς ἀπαιτεῖ λαβεῖν τὰ εὐρετρα.

ἐρριμμένον] † Παρὰ τοῦ δεσπότου.

κἂν ἀγνοῇ, τίνος ἐστίν, ὑπόκειται τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ] Οὐδὲ γὰρ συμβάλλεται πρὸς τὸ μειῶσαι τὴν κλοπὴν τὸ ἀγνοεῖν, τίνος ἐστὶ τὸ κλεπτόμενον. [Sch. o. VII. 339.]

ἐπειδὴ ἐπαύσατο αὐτοῦ εἶναι, οὐχ ὑπόκειται] Ἐπὶ τῷ διπλῷ γὰρ τοῦ διαφέροντος δίδεται ἡ φοῦρτι· ἐν ταῦθα δὲ διαφέρει οὐδὲν. [Sch. p. VII. 339.]

κλοπὴ γὰρ οὐ γίνεται μὴ ὄντος τοῦ τὴν κλοπὴν ὑφισταμένου] Ζῆτει τι. γ'. κεφ. α'. θεμ. τὸ πρὸ τοῦ παρατελευτ. καὶ βιβ. ν'. τι. α'. κεφ. ββ'. ἐν τέλει. [Sch. q. VII. 339.]

ἤρρεσε γὰρ ἡ Σαβίνου καὶ Κασίου γνώμη τῶν λεγόντων, παραχρῆμα πανεῖσθαι ἡμέτερα εἶναι τὰ πρᾶγματα, ἅπερ ἀπολιμπάνομεν προδελεκτικά. [Sch. r. VII. 339.]

h) Id est. Hagiotheodoriti. i) I lege δεσποτικά cum Cuicacio, qui vertit dominicas. k) Sic Cod. 1350. Fabr. στελλο-
νάτους. l) εἰ καὶ Cod. 1350. Fabr. κἂν. m) l. 43. §. 4 — 7. D. h. t. similibus verbis leguntur in Blast. Synt. alph. car-
lit. K. cap. 23. (in Beveregii Synod. T. II. P. II. p. 160.) n) Sic Cod. 1350. Fabr. εὐρετρα. o) Cod. 1350. semper habe-
προδελεκτικά. p) Adde οὐ ante κατέχεται.

9) vel in merces se collocaturum] Elusdem. Puta qui pecuniam mutuum sumit, dixit: Noli putare, creditor, me pecuniam acceptam impensurum ita, ut nihil appareat, vel in id, ex quo nihil consecuturus sis: nam in has merces, quas vides, haec impensurus sum, et merces emturus, et omnino tibi sufficient ad satisfaciendum merces, etiamsi nummi tibi non dentur. Creditor, cui his persuasus erat, credidit pecuniam.

Dominicas, cum forte servus esset.

10) si alia actio non sit] Non famosa: nam stellationatus in turpibus infamat, licet crimen extraordinarium sit.

Ut si promisit, se dolo nihil facturum, et compete-
bat actio ex stipulatu.

Qui alienam rem proiectam tulit¹¹⁾ lucrificandi
causa, etiamsi ignoret, cuius sit, furti tenetur¹²⁾:

Nisi si dominus eam pro derelicta habuerit. Tunc enim, quamvis ut fur eam tulerit, quia domini desiit esse, non tenetur¹³⁾: nam furtum non fit, nisi sit, cui fiat¹⁴⁾.

Sed si quod non erat pro derelicto, existimavit derelictum, non est fur¹⁵⁾.

Quodsi neque erat derelictum, neque putavit, tulerit autem ea mente, ut invento domino redderet¹⁶⁾, non tenetur furti:

Licet praemia inventionis acceperit.

11) qui alienam rem proiectam tulit] Non volente domino, sed ignorante vel etiam invito propter sequens thema.

Si quis alienam rem proiectam lucrificandi causa sustulerit, furti tenetur, sive scit, cuius res sit, sive ignorat. Nihil enim ad furtum minuendum facit, quod cuius sit, ignoret. Quodsi dominus rem dereliquit ei renuncians, furtum non committit, etiamsi qui eam sustulit, animum furandi habuerit: nec enim furtum fit, nisi sit, cui fiat. In proposito autem casu nemo est, cui fiat: nam placuit Sabini et Cassii sententia dicentium, statim nostras esse desinere res, quas derelinquimus. Sed si res non fuit revera derelicta, is autem, qui invenit, putavit eam derelictam, [non] tenetur furti. Proinde videamus, si nesciebat, cuius esset, sic tamen tulit, quasi redditurus ei, qui desiderasset, vel qui ostendisset rem suam, an furti obligetur. Et non puto obligari eum. Multo magis ergo hi probant, se non animo furandi dictam rem sustulisse. Quid ergo, si εὐρετρα, quae dicuntur, petat: num ne sic quidem furtum committit? Nec hic videtur mihi furtum facere, etiamsi non probe petat inventionis praemia.

proiectam] A domino.

12) etiamsi ignoret, cuius sit, furti tenetur] Nec enim ad furtum minuendum proficit, quod cuius sit res subrepta, ignoret.

13) quia domini desiit esse, non tenetur] Nam in duplum eius quod interest datur actio furti: hic autem nihil interest.

14) nam furtum non fit, nisi sit, cui fiat] Quaere tit. 13. cap. I. them. antepenult. et lib. 50. tit. I. cap. 32. in fine.

Nam placuit Sabini et Cassii sententia dicentium: statim nostras esse desinere res, quas derelinquimus.



οὐκ ἔστι κλέπτῃς] Οὐ γὰρ εἶχε κλεπτικὴν^{α)} διάθεσιν· κλοπὴ γὰρ ἀνευ κακίτης διαθέσεως οὐχ ἁμαρτάνεται. [Sch. s. VII. 339.]

ἔλαβε δὲ ἐπὶ τῷ ἀποδοῦναι τῷ εὐρίσκομένῳ δεσπότη] Εἰδώσαι γὰρ τινες εὐρίσκοτες ἀλλότρια πράγματα καὶ ἐν χαρταῖς γράφειν, καὶ προτιθέναι, ὅτι εὐρον πρᾶγμα, καὶ ἐτοιμοὶ εἶναι ἀποδοῖναι τῷ ἐπιζητούντι. [Sch. t. VII. 339.]

Ἐὰν ἐκὼν τὸ πρᾶγμα ὁ δεσπότης ῥίψῃ, οὐχ ὡς ἀπρονόητον, εἴτε ἀπρονόητον ἐνόμισεν αὐτὸ ὁ λαβὼν, εἴτε μὴ, οὐχ ὑπόκειται τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ.

Ἐὰν ἐκὼν τὸ πρᾶγμα ὁ δεσπότης ῥίψῃ] Ἐν μέρει δὲ καὶ ἄκων, τυχὸν ὡς μὴ δυνάμενος βωταῖζειν ἐπὶ σκοπῷ τοῦ^{β)} πάλιν ἀναλαμβάνειν, ἢ σκοπῷ τοῦ ἔχειν ἔνοχον τὸν λαβόντα. [Sch. u. VII. 339.]

* Ἐὰν τις ἐκουσίως ἀπεβάλῃ^{γ)} πρᾶγμα ἢ ἔρριψεν, οὐχ ὡς ἀποτασσομενος δὲ αὐτῷ τοῦτο ἐποίει, οὐ δὲ τὸ πρᾶγμα ἔλαβες, ζητεῖ ὁ Κέλσος ἐν τῷ ἰβ'. τῶν διγ. εἰ κατέχη τῇ φουρτί, καὶ λέγει, εἰ μὲν ἐνόμισας αὐτὸ προδερῆλικτον εἶναι, μὴ κατέχεσθαι σε· εἰ δὲ μὴ ἐνόμισας, ἀμφιβάλῃ μὲν· καὶ οὕτως δὲ βούλεται μὴ κατέχεσθαι τῇ φουρτί, ἐπειδὴ οὐκ ἀπόλλυσι τὸ πρᾶγμα ἐκείνος, ὅστις ἐκουσίως ἀπέρριψεν αὐτό.

οὐχ ὑπόκειται τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ] Διὰ τὸ φίλων-θρονον καὶ μηδὲ δοκεῖν ἀπὸ τινος ἀφείσθαι αὐτό. [Sch. x. VII. 340.]

† Ἀλλὰ τῇ ἰν ῥέμ.

Εἰ καὶ μέρος κτήσομαι τοῦ κλέψαντος παρ' ἑμοῦ δούλου, φθείρεται ἢ περὶ κλοπῆς ἀγωγή, ἐπειδὴ καὶ ἐξ ἀρχῆς οὐ συνίσταται, μέρος ἔχοντός μου ἐπ' αὐτῷ. εἰ δὲ χρῆσιν μόνην ἐπὶ τῷ κλέψαντι παρ' ἑμοῦ κτήσομαι, οὐ φθείρεται ἢ περὶ κλοπῆς εἰς τὸ διπλάσιον ἀγωγή· ὁ γὰρ τὴν χρῆσιν ἔχων οὐκ ἔστι δεσπότης.

εἰ καὶ μέρος κτήσομαι τοῦ κλέψαντος παρ' ἑμοῦ δούλου] * Ἐὰν οἰκέτης ἀλλότριος κλέψῃ πράγματα παρ' ἑμοῦ, εἰ καὶ ἐξ ἡμίσεως μέρους γένωμαι δεσπότης αὐτοῦ τοῦ κλέψαντος, ὅμως σβέννυται μοι ἢ δι' αὐτὸν νοξάλια φουρτί, εἰ καὶ μέρος αὐτοῦ ἐκτησάμην. ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὁ ἔχων κὰν ἐλάχιστον μέρος ἐπὶ τῷ κλέψαντι αὐτὰ οἰκέτη, οὐ δύναται τὴν φουρτί κινεῖν. εἰ δὲ τὸν οὐσούφρουκτον κτήσομαι ἐπὶ τούτῳ τῷ κλέψαντι τὰ ἐμὰ πράγματα οἰκέτη, οὐ σβέννυται ἢ φουρτί, ἐπειδὴ ὁ οὐσούφρουκτουαριος οὐκ ἔστι δεσπότης.

φθείρεται ἢ περὶ κλοπῆς ἀγωγή] Εἰ γὰρ καὶ ἐξ ἀρχῆς δούλος μου ἦν, καὶ ἐκλεψε παρ' ἑμοῦ, οὐκ εἶχον κατ' αὐτοῦ τὴν φουρτί, καὶ ἐπεὶ εἰς τοιοῦτον θέμα περιέστη τὸ πρᾶγμα, ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν ἢ φουρτί οὐκ ἐτίκτετο, φθείρεται διὰ τὸν κανόνα. ἕτερον ἔστιν^{δ)}, εἰ τὴν χρῆσιν τοῦ παρ' ἑμοῦ κλέψαντος οἰκέτου κτήσομαι. [Sch. y. VII. 340.]

ἐπειδὴ καὶ ἐξ ἀρχῆς οὐ συνίσταται] Κοινωνός γὰρ κατὰ τοῦ κοινωνοῦ νοξάλιας οὐ κινεῖ, ὡς τίτ. ε'. κεφ. η'. τὸ τέλος, καὶ κεφ. μα'. [Sch. z. VII. 340.]

ὁ γὰρ τὴν χρῆσιν ἔχων οὐκ ἔστι δεσπότης] Φησὶ γὰρ βιβ. β'. τίτ. β'. κεφ. κέ'. Ἐξ ὀλόκληρου πρᾶγμα μου ἔστιν, καθ' οὗ ἔχει ἕτερος τὴν χρῆσιν ἢ δουλείαν. [Sch. a. VII. 340.]

† Ζῆτει βιβ. ις'. τίτ. α'. κεφ. δ'.

μδ'. Πομπων. Ἐὰν τι κατ' ἐπιτροπὴν τοῦ χρεώστου λάβῃ ὁ πλαστὸς προκουράτωρ τοῦ δανειστοῦ, αὐτὸς ὁ χρεώστης γίνεται τῶν νομισμάτων δεσπότης, καὶ ἔχει κατὰ τοῦ λαβόντος τὴν περὶ κλοπῆς ἀγωγήν.

Ἐὰν τι κατ' ἐπιτροπὴν τοῦ χρεώστου] Τοιοῦτόν ἐστι τὸ θέμα. Ἐχρεώστου τινὲ νομίματα. πλαστὸς δὲ προκουράτωρ τοῦ δανειστοῦ μὲν ἐξῆται με τὸ χρέος. ἐγὼ δὲ μὴ ἔχων αὐτὸ καταβαλεῖν, ἐνετειλαμην δέερω τινί, τυχὸν τῷ Μάρκῳ, ὥστε αὐτ' ἑμοῦ καταβάλλειν τὸ χρέος· καὶ δῆτα κατέβαλεν ὁ ἐπιτολεύς μου πρὸς τὸν πλαστὸν τοῦ δανειστοῦ μου προκουράτωρα. λέγει γοῦν ὁ νομοθέτης, ὅτι, ἐπειδὴ ὁ ἐπιτολεύς

15) non est fur] Quia non habuit animum furis: furtum enim sine pravo affectu non fit.

16) tulerit autem ea mente, ut invento domino redderet] Solent enim qui res alienas inveniunt, in chartis scribere et proponere, se invenisse, et paratos esse reddere petenti.

Si sua sponte dominus rem iecit¹⁷⁾ non quasi pro derelicto, sive derelictam is, qui tulit, existit, sive non, non tenetur furti¹⁸⁾.

17) si sua sponte dominus rem iecit] Partim vero invitus, ut cum forte eam non posset ferre animo recipiendi, vel habendi obligatum eum, qui eam acciperet.

Si quis sponte rem iecit vel iactavit, non quasi pro derelicto habiturus, tuque hanc rem tuleris, an furti tenearis, Celsus lib. 12. Digestorum quaerit, et ait, si quidem putasti pro derelicto habitam, non teneri te: quodsi non putasti, dubitat quidem: et tamen vult te non teneri furti, quia rem non amittit is, qui eam sponte abiecit.

18) non tenetur furti] Humanitatis causa, et quod non videatur eam cuiquam auferre.

Sed actione in rem.

Etiamsi partem servi, qui mihi furtum fecit, adquisiero¹⁹⁾, extinguitur actio furti²⁰⁾, quia et ab initio non consisteret²¹⁾, si partem in eo haberem. Plane si usumfructum tantum in eo, qui mihi furtum fecit, adquisiero, non extinguitur furti in duplum actio, quia fructuarius dominus non est²²⁾.

19) etiamsi partem servi, qui mihi furtum fecit, adquisiero] Si servus alienus res mihi subripiat, etiamsi partis dimidiae in servo nanciscor dominium, tamen extinguitur actio furti noxalis eius nomine competens, etiamsi partem eius adquisiero. Nam et qui ab initio vel minimam partem in servo furtum faciente habet, furti agere non potest. Plane si usumfructum eius servi, qui res meas subripuit, adquisiero, non extinguitur furti actio, quia fructuarius dominus non est.

20) extinguitur actio furti] Nam etsi ab initio servus meus fuisset, et mihi quid subripuisset, non haberem in eum actionem furti, et quia in hac specie res in eam causam venit, a qua initium sumere actio furti non potuit, extinguitur propter regulam. Aliud est, si in eo, qui mihi furtum fecit, usumfructum adquisiero.

21) quia et ab initio non consisteret] Nam socius in socium non agit noxaliter, ut tit. 5. cap. 8. in fine, et cap. 41.

22) quia fructuarius dominus non est] Nam lib. 2. tit. 2. cap. 25. ait: In solidum res mea est, in qua alter usumfructum vel servitutum habet.

Quaere lib. 16. tit. 1. cap. 4.

XLIV. Pompon. Si quid iussu debitoris¹⁾ accepit²⁾ falsus procurator creditoris, ipse debitor³⁾ fit pecuniae dominus, et habet in eum, qui accepit, furti actionem⁴⁾.

1) si quid iussu debitoris] Species haec est. Cuidam pecuniam debebam. Falsus procurator creditoris mei debitum a me exegit. Ego non habens unde solverem, mandavi alteri, puta Marco, ut pro me debitum solveret, ac tandem procurator meus solvit falso procuratori creditoris mei. Ait igitur Iurisconsultus, quia procurator meus propter me et in mei gratiam

q) Sic Cod. 1350. Fabr. κλέπτου. r) τοῦ δεσπ. apud Fabr. s) Nonne ἀπέβαλε τὸ? t) Fabr. ἔστι.



μον δι' ἐμῆ κατέβαλε τὰ νομίματα καὶ ἐμοὶ χαρίζομενος, ἐγὼ γέγονα δεσπότης αὐτῶν, καὶ ἐμοὶ ἤρμοζεν ἡ περὶ κλοπῆς ἀγωγή κατὰ τοῦ πλαστοῦ προκουράτωρος. [Sch. h. VII. 340.]

Τυχὸν γὰρ τῷ χρεώστῃ ἐχρεώστητέ τις ἕτερος^{α)}, καὶ ἤμελλεν αὐτῷ καταβαλεῖν, ὃ δὲ ἐνετείλατο καταβαλεῖν τῷ δευσιῳ^{β)}· εἰ δὲ μὴ εὕρη αὐτὸν, τῷ προκουράτῳ. [Sch. c. VII. 340.]

τοῦ χρεώστου] † Πέτρου τυχόν. λάβῃ] † Παρ' ἑτέρου τινὸς τὸ χρεὸς χρεωστοῦντος πάλιν τῷ Πέτρῳ.

αὐτὸς ὁ χρεώστης] Ὁ κελύσας καταβλήθῃναι αὐτῷ τὰ νομίματα. [Sch. d. VII. 340.]

καὶ ἔχει κατὰ τοῦ λαβόντος τὴν περὶ κλοπῆς ἀγωγήν] Διὰ τοῦτο ἐταῦθα ἔχει τὴν περὶ κλοπῆς ἀγωγήν ὁ χρεώστης κατὰ τοῦ λαβόντος, κἂν ἐν^{γ)} ἀπουσίᾳ αὐτοῦ κατεβλήθῃ τὰ νομίματα, διότι εἰ κατεβλήθῃ καὶ πρὸς αὐτόν, δεσπότης ἐγένετο τῶν νομιμάτων. ἐπὶ δὲ τοῦ γ. θεμ. τοῦ μγ. κεφ. διὰ τοῦτο οὐχ ὑπόκειται τῇ περὶ κλοπῆς ὁ τὸ ἀχρεώωτητον ἕτερον κελύσας δοθῆναι ἐν ἀπουσίᾳ αὐτοῦ, διότι αὐτὸς τὰ καταβλήθῃντα οὐχ ὑπεδέξατο, καὶ ὅτι ὁ λαβὼν ἰδίῳ δικαίῳ ταῦτα^{δ)} ἔλαβε· ἐχρεωστέτο γὰρ παρ' ἐμοῦ. ζῆτει τ. ι. κεφ. ιη. καὶ τὴν ἐν αὐτῷ παραγραφὴν διὰ τὸν κωνόνα τὸν λέγοντα· ἐγὼ δοκῶ καταβαλεῖν^{ε)}, ὅπερ κατὰ γνώμην ἐμὴν ἕτερος καταβάλλῃ^{ς)}. [Sch. e. VII. 340.]

pecuniam solvit, eius me fieri dominum, et mihi competere actionem furti in falsum procuratorem.

Fortasse debitori alius aliquid debebat, eique solvere volebat, ille autem mandavit, ut solveret creditori, vel si eum non invenerit, procuratori.

debitoris] Puta Petri.

2) acceperit] Ab alio Petri debitore.

3) ipse debitor] Qui iussit pecuniam ei solvi.

4) et habet in eum, qui accepit, furti actionem] Ideo hic debitor actionem furti habet in eum, qui pecuniam accepit, licet absente eo soluta sit, quia et si ipsi fuisset soluta, dominus eius fieret. In them. autem 3. cap. 43. ob id non tenetur, qui indebitum alteri iussit solvi eo absente, quia ipse solum non accepit, et quod is, qui accepit, suo iure accepit, quasi debitum sibi. Quaere tit. 10. cap. 18. et ibi adnotationem propter regulam, quae dicit: Ego videor solvere, quod voluntate mea alius solvit.

Qui sciens lucrificandi causa rem meam quasi suam a me accipit⁵⁾, mihi tenetur furti.

5) qui sciens — rem meam — accipit] Si per errorem rem meam tradidero tibi quasi tuam scienti meam esse, et tu eam lucrificandi animo acceperis, teneris furti.

Quaere tit. 10. cap. 18. finem.

Testamento manumissus⁶⁾ si ante aditionem hereditatis⁷⁾ rem heredis subripuerit⁸⁾, ei tenetur furti actione⁹⁾.

6) testamento manumissus] Si servus hereditarius ante aditionem heredis rem ipsi heredi abstulerit, in testamento domini manumissus, furti actio heredi adversus eum competit, quia nullo tempore dominus huius servi fit.

manumissus] Directo.

7) ante aditionem hereditatis] Tunc enim species quaestionem haberet: nam idem est multo magis, si post aditionem.

8) rem heredis subripuerit] Si vero hereditatis, quaere tit. 13. ubi in eum datur actio. Quaere et finem them. 7. cap. I. eiusdem.

9) ei tenetur furti actione] Nam quia servus domino furtum faciens a domino non convenitur furti in servitute facti nomine, hic autem servus heredis factus non est, quod inde a morte testatoris liber creditur, recte fur ab herede convenitur.

Nullo enim tempore heres dominus huius servi manumissi fuit.

XLV. Idem. Si extinguatur res furtiva¹⁾, vel servus furtivus moriatur, aut manumittatur²⁾, vel in potestatem hostium veniat, vel pro derelicto habeatur³⁾, salva mihi est actio furti et conditio furtiva.

1) si extinguatur res furtiva] Inter omnes prudentes constat, extincta re furtiva, attamen actionem furti remanere adversus furem. Proinde mortuo quoque

4. §. 1. Ὁ ἐν εἰδήσει ἐπὶ τῇ κερδᾶναι πράγμα ἐμὸν ὡς XLVII. αὐτοῦ λαμβάνων ἐξ ἐμοῦ, ὑπόκειται μοι τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ.

ὁ ἐν εἰδήσει — πράγμα ἐμὸν — λαμβάνων] Ἐὰν πεπλανημένος τὸ ἐμὸν πράγμα τραδιτεύσω σοι ὡσανεὶ σὸν ὑπάρχον εἰδῶσι, ἐμὸν εἶναι τὸ πράγμα, καὶ σὺ κερδᾶσαι αὐτὸ βουλομένος λάβῃς, τῇ φούρτι κατέχη²⁾. [Sch. f. VII. 340.]

† Ζῆτει τ. ι. κεφ. ιη. τὸ τέλος.

§. 2. Ὁ ἐλευθερωθεὶς ἐν διαθήκῃ, ἐὰν πρὸ κατασχέσεως τῆς κληρονομίας κλέψῃ πρᾶγμα τοῦ κληρονόμου, ὑπόκειται αὐτῷ τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ.

ὁ ἐλευθερωθεὶς ἐν διαθήκῃ] * Ἐὰν ὁ τῆς κληρονομίας δούλος πρὸ ἀδίτιονος τοῦ κληρονόμου κλέψῃ πρᾶγμα παρ' αὐτοῦ τοῦ κληρονόμου, ἐν τῇ διαθήκῃ τοῦ τεστατέρωτος ἐλευθερούμενος, ἀρμόζει τῷ κληρονόμῳ κατ' αὐτοῦ ἡ φούρτι, ἐπειδὴ ἐν οὐδενὶ καιρῷ δεσπότης γίνεται τούτου τοῦ οἰκέτου.

ὁ ἐλευθερωθεὶς] † Ἀπετεῦθεν.

πρὸ κατασχέσεως τῆς κληρονομίας] Τότε γὰρ ἂν εἴχε ζήτησιν τὸ θέμα· πολλῷ γὰρ μᾶλλον μετὰ κατάσχεσιν. [Sch. g. VII. 341.]

κλέψῃ πρᾶγμα τοῦ κληρονόμου] Ἐὰν δὲ τῆς κληρονομίας, ζῆτει τ. ιγ. ἐκεῖ γὰρ δίδωσι ἀγωγήν κατὰ τοῦ τοιοῦτου. ζῆτει καὶ τὸ τέλος τοῦ ζ. θεμάτος τοῦ α. κεφ. αὐτοῦ. [Sch. h. VII. 341.]


ὑπόκειται αὐτῷ τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ] Ἐπειδὴ γὰρ^{α)} ὁ ἀπὸ τοῦ δεσποτοῦ κλέπτων δούλος οὐκ ἐνάγεται παρὰ τοῦ^{β)} δεσπότου αὐτοῦ διὰ τὸ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς δουλείας κλέψαι, οὗτος δὲ οὐδαμῶς γέγονε τοῦ κληρονόμου δούλος, διὰ τὸ ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς τελευτῆς τοῦ διαθεμένου ἐλεύθερον νομιζεσθαι, καλῶς παρὰ τοῦ κληρονόμου ὁ κλέπτης ἐνάγεται. [Sch. i. VII. 341.]

Ἐν οὐδενὶ γὰρ καιρῷ ὁ κληρονόμος δεσπότης ἐγένετο τούτου τοῦ οἰκέτου τοῦ ἐλευθερωθέντος.

46. pr. ἐὸν. μέ. Ἰδεμ. Ὁ ἐν σβεσθῇ τὸ κλαπὲν πρᾶγμα, ἢ ἀποθάνῃ ὁ κλαπέις δούλος, ἢ ἐλευθερωθῇ, ἢ ὑπὸ τοὺς πολεμίους γένηται, ἢ ἀπρονόητος λαθῇ, σώζεται καὶ ἡ φούρτι, καὶ ὁ φούρτιβος.

ἐὰν σβεσθῇ τὸ κλαπὲν πρᾶγμα] Παρὰ πᾶσι τοῖς σοφοῖς ὁμολόγηται, σβεννυμένου τοῦ κλαπέντος πράγματος, ὅμως τὴν φούρτι σώζεσθαι κατὰ τοῦ κλέπτο. τοιγαροῦν καὶ

α) Sic Cod. 1350. Fabr. ὁ χρεώστης ἐχρεώστησέν τις ἕτερον. β) ἐν inserit Cod. 1350. Deest apud Fabr. γ) Sic Cod. 1350. Fabr. καταβάλλειν. δ) Sic Cod. 1350. Fabr. κατάσχη. ε) ἐπειδὴ γὰρ habet Cod. 1350. ut et τοῦ ante δεσπότου. Desunt haec apud Fabr. β) τοῦ omittit Fabr. c) Sic semper Cod. 1350. ubi Fabr. habet ὁ αὐτός. Intellige hoc loco Ulpianum, cuius est L. 45. in Basilicis postposita.



τελευτῶντος τοῦ κλαπέντος οἰκέτου, οὐ σβέννυται ἡ φούρτι. οὐδὲ γὰρ ὁ ἀπίοικε τοῦ θανάτου τοῦ δοῦλου τὸ ἐλευθερωθῆναι αὐτόν, ὅσον ἦεν εἰς τὸ ἀφαιρεθῆναι τοῦ δεσποῦντος αὐτοῦ τὸν οἰκέτην. ἀποδεδείκται τοίνυν, ὅτι καθ' οἰονδήποτε τρόπον εἰ ἀφαιρεθῆ ἡ τὴν κλοπὴν ὑπομείναντος ἡ δεσποτεία τοῦ οἰκέτου, ὁμῶς περιλαμβάνεται ἡ αὐτῆς ἡ φούρτι, οὐδὲ γὰρ διὰ τοῦτο ἀρμόζει, ἐπειδὴ νῦν οὐκ ἔχει τὸν οἰκέτην, ἀλλ' ἐπειδήποτε διὰ τὴν κλοπὴν τοῦ κλέπτοντος ἐπαύσατο ἔχειν αὐτόν. ταῦτα τὰ περὶ τῆς φούρτι εἰρημμένα μοι, καὶ περὶ τοῦ ἰονδικτικίου τῆς φουρτίβου ἀρέσκει. κινεῖται γὰρ κατὰ τοῦ ἐλεῦθερωθῆ, εἰ καὶ καθ' οἰονδήποτε λόγον σβεσθῆ τὸ πρῶγμα. ὅθεν εἰ καὶ ὑπὸ χεῖρα τῶν πολεμίων γέγονε τὸ κλαπέν πρῶγμα, οὐδὲν ἥτιον δύναται περὶ αὐτοῦ κινεῖσθαι ἡ φούρτι. εἰ καὶ δὲ προδελεχθῆ ἔσχε μετὰ ταῦτα ὁ δεσπότης τὸ πρῶγμα, καὶ οὕτω σώζεται ἡ φούρτι. [Sch. k. VII. 341.]

ἡ ἐλευθερωθῆ] † Παρά τινος τυχὸν πάλεως. ἡ ἀπρονόητος ἐαθῆ] Παρ' ἐμοῦ ὡς ἀχρηστος νῦν ἐννοούμενος, καὶ παρὰ τοῦ κλέπτοντος τὰ ἤδη διαφθαρθεῖς. [Sch. l. VII. 341.]

μς'. Οὐλλίαν. Καὶ ὁ κοινωνός μου κλέπτων τὸ κοινὸν πρῶγμα, ὑπόκειται μοι τῆ περὶ κλοπῆς ἀγωγῆ, καὶ ὁ κοινωνός μου] Ζῆτε βιβ. ιβ'. tit. α'. κεφ. μς'. αὐ ββ'.

ὑπόκειται μοι τῆ περὶ κλοπῆς ἀγωγῆ] Ὅταν ἠθλαδὴ κατὰ ἀπατὴν αὐτοῦ καὶ δόλον κατακινήσῃ καὶ ἀφῆκται τὸ πρῶγμα διαθέσει κλεπτικῆ. ὡς ἐπίπαν γὰρ ὁ μετὰ δεσπότης οἰκίῳ δικαίῳ δοκεῖ χρῆσθαι τῷ κοινῷ πρῶγματι, καὶ οὐ κλεπτικῆ διαθέσει, ὡς βιβ. ιβ'. tit. α'. κεφ. ιβ'. ἡτιε tit. ε'. κεφ. ε'. καὶ λδ'. [Sch. m. VII. 341.]

Καὶ ὁ τὴν δεσποτείαν ἔχων, καὶ ὁ τὴν χρῆσιν αὐτῶν καρπῶν ἔχων κινουσί τὴν περὶ κλοπῆς ἀγωγῆν.

Καὶ ἐκάστου τὸ διαφέρον διπλασιάζεται, ἢ καὶ τετραπλασιάζεται ἐπὶ τῆς φανεραῦς κλοπῆς.

Καὶ τῷ τὴν χρῆσιν μόνην ἔχοντι ἀρμόζει, καὶ τῷ δανειστῆ, καὶ τῷ χρεώστῃ ἐπὶ τῷ ὑπερβαίνοντι ὁ χρεός. καὶ ἐάν τις τούτων διαλύσῃται πρὸς τὸν κλέπτην, ἢ τοῖς ἄλλοις ἀρμόζουσα ἀγωγῆ σώζεται. γὰρ καὶ τις τῶν κοινωνῶν ἐπὶ τῆ περὶ κλοπῆς ἀγωγῆ διαλύσεται, ἢ τῷ ἄλλῳ ἀρμόζουσα μένει.

καὶ ὁ τὴν δεσποτείαν ἔχων] Ἐάν οἰκέτης κλαπῆ, ἢ ἄλλος ἔχει τὸν οὐσοφρονικτον, ἐκατέρωθεν ἡ φούρτι ἀρμόζει, καὶ τῷ προπριεταρίῳ, καὶ τῷ οὐσοφρονικτουαρίῳ, διαινεμένη μεταξὺ αὐτῶν. ὁ μὲν γὰρ οὐσοφρονικτουαριος κινεῖ τὴν ἐπικαρπίας αὐτοῦ τοῦ κλαπέντος οἰκέτου, καὶ ἀπαιτεῖ διπλάσιον τοῦ διαφέροντος αὐτοῦ. ὁ προπριεταριος δὲ τὸ δεσποτείας διαφέρον ἀπαιτεῖ ἐν διπλασίῳ. εἰ δὲ μανίφρεστος ἢ ὁ κλέπτης, ἐκάστῳ αὐτῶν εἰς τὸ τετραπλάσιον ἀρμόζει ἡ φούρτι κατὰ τὸν κλίψαντος. εἰ δὲ καὶ οὐσον ἔχει μνον τῆς ἐτος, καὶ τούτῳ δίδεται ἡ φούρτι, κλαπέντος αὐτοῦ. εἰ δὲ τις θεματίζει, τούτον τὸν οἰκέτην εἰς ἐνέχυρον δεδῶσθαι, αὐτῶν καὶ ὁ δανειστῆς ἔχει τὴν φούρτι ἀγωγῆ. ἔχει δὲ ὁ χρεώστῃς, μόνον εἰ πλείονος ἐστὶν ἄξιος ὁ δοῦλος τῶν αὐτοῦ κχερωσθημένων τῷ δανειστῆ. ἐπὶ τοσοῦτον δὲ εἰσιν φοροὶ αἱ ἀγωγαὶ αἱ ἀρμόζουσαι τῷ οὐσοφρονικτουαρίῳ, τῷ προπριεταρίῳ, ἢ τῷ δανειστῆ, καὶ τῷ χρεώστῃ, εἰ τις ἐκ τούτων διαλύσεται ἐπὶ τῆ φούρτι ἀγωγῆ, μόνον ἀρμόζουσα αὐτῷ ἀγωγῆ φθείρεται τῆ διαλύσει, αἱ δὲ τοῖς ἄλλοις ἀρμόζουσαι σώζονται. εἰ γὰρ καὶ κοινὸν οἰκέτην ὑπομει τις, καὶ εἰς τῶν δεσποτῶν διαλύσεται πρὸς αὐτόν, ὁ οὐ μὴ διαλυσαμενος ἔχει τὴν φούρτι βεβαίαν. [Sch. n. 341. sq.]

καὶ ὁ τὴν χρῆσιν τῶν καρπῶν ἔχων] Χρησις ἡ τῶν ἰσιν, ἐπὶ μὲν ἀγροῦ, παντὸς ἐν αὐτῷ φουομενον οἰονδήποτε τρόπον ἐπὶ δὲ ζῶων, τὸ λαμβάνειν τοκετῶν γονιῶν, καὶ γάλα, καὶ ἔλαιον, καὶ τὴν κόπρον αὐτῶν. χρῆσις ἰσιν, τὸ λαμβάνειν ξυλῆν ἐν χρῆσει τὴν ἀποφυγγείαν, ἢ ὄν ἐπὶ δὲ ζῶων, τὸ κχερῆσθαι τῆ κόπρῳ αὐτῶν ἐν τῆς χωρίοις, εἴτε ὑψηρεσίαν μόνην ἐπὶ οἰκετῶν. [Sch. o. 342.]

servo furtivo non extinguitur actio furti. Nec dissimilis est morti manumissio, quantum attinet ad subtrahendum domino servum. Apparet igitur, quocunque modo domino servus sit subtractus, attamen superesse ei actionem furti: nec enim ideo competit, quod nunc non habeat servum, sed quod aliquando propter furtum furis eum desitit habere. Quod de actione furti dicimus, et in conditione furtiva placet. Nam et haec in furem intenditur, etiamsi res quocunque modo extincta sit. Unde et si res furtiva in potestatem hostium pervenerit, nihilominus potest de ea furti agi. Sed etsi postea a domino habita sit pro derelicto, remanet actio furti.

2) aut manumittatur] A quadam forte civitate.

3) vel pro derelicto habeatur] A me, quod nunc sit inutilis factus, vel quod mores eius a fure sint corrupti.

XLVI. Ulpian. Etiam socius meus¹⁾ subripiens rem communem mihi tenetur actione furti²⁾.

L. 45. D. XLVII. 2.

1) etiam socius meus] Quaere lib. 12. tit. 1. cap. 46. et 52.

2) mihi tenetur actione furti] Cum videlicet fraude et dolo animo furandi amovit et abstulit rem. Plurimum enim dominus pro parte suo iure videtur uti re communi, non furandi animo, ut lib. 12. tit. 1. cap. 52. Quaere tit. 6. cap. 9. et 34.

Et proprietarius³⁾, et usufructuarius⁴⁾ furti actione experiuntur. L. 46. §. 1. D. eod.

Et quod cuiuscunque interest, duplatur⁵⁾, vel §. 2. etiam quadruplatur in furto manifesto.

Etiam usuario⁶⁾ competit, et creditori, et debitori in eo, quod debitum excedit⁷⁾. Et si quis eorum transegerit cum fure, aliis competens actio servatur. Nam et si quis sociorum de actione furti transigat, alteri competens salva est. §. 3. 4. 5.

3) et proprietarius] Si servus subripiatur, in quo alius habet usumfructum, utrisque competit actio furti, proprietario et usufructuario, divisa inter eos. Usufructuarius enim agit de fructibus subrepti servi, et petit duplum eius quod interest. Proprietarius autem quod interest proprietatis nomine, petit in duplum. Sed si manifestus est fur, singulis in quadruplum competit actio furti adversus furem. Sed et si quis usum tantum servi habeat, huic etiam datur actio furti, eo subrepto. Item si quis proponat, hunc servum pignorat esse, creditor habere potest furti actionem. Eandem et debitor habet, modo si plus valeat servus, quam a debitore creditori debentur. In tantum vero diversae sunt actiones, quae usufructuario, et proprietario, et creditori et debitori competunt, ut si quis eorum de furto transegerit, actio sola, quae ei competit, extinguatur, aliis vero competentes remaneant. Nam et si communem servum subriperit quis, et unus ex dominis cum eo transegerit, alter, qui non transegit, integram habet furti actionem.

4) et usufructuarius] Ususfructus est in agro quidem omne id, quod in eo nascitur quacunque ratione: in animalibus, percipere partum et foetum, et lac, et lanam, et sterquilinum. Usus nudus, percipere ligna arida in usum, vel foenum: in animalibus, uti stercore in suis agris, et in servis ministerium solum.

d) καὶ Fabr. pro γὰρ, quod habet Cod. 1350. e) Sic correxit secunda manus in Cod. 1350. in quo antea scriptum erat, f) Fabr. habet, παραλιμπ. g) τῷ habet Cod. 1350. Deest apud Fabr. h) Fabr. χρῆσις inserit γὰρ, quod deest in Cod. 1350. i) Fabr. ἰσιν. k) Sic Cod. 1350. Fabr. ξυλινῶν. Basil. T. V.



καὶ ἐκάστου τὸ διαφέρων διπλασιάζεται] Τυχὸν κινούντος τοῦ δεσπότου τοῦ κλαπέντος πράγματος, καὶ λέγοντος μείζονα τῆς ἀληθείας σταθμὸν, καὶ προσεγγόντος τοῦ κλαπέτου τὸ πρᾶγμα, καὶ τοῦ δεσπότου αὐτὸ ἀφελομένου, καταδικάζεται ὁ κλέπτης, εἰ μὲν φανερός ἐστὶ κλέπτης, εἰς τὸ τετραπλοῦν· εἰ δὲ ἀφανής, εἰς τὸ διπλοῦν. [Sch. p. VII. 342.]

τῶ τὴν χρῆσιν μόνην ἔχοντι] † Ζῆτει βιβ. ις. tit. η'. καὶ τῶ χρεώστη ἐπὶ τῶ ὑπερβαίνοντι τὸ χρεός] Θεματιστὴ ἐνταῦθα τὸν χρεώστην παρεῖναι, καὶ σὺν τῷ δανειστῇ κινεῖν, καὶ κατὰ τοῦτο τὸν δανειστὴν μὴ ἀπαίτησαι ὀλόκληρον τὴν φοῦρτι. [Sch. q. VII. 342.]

† Ζῆτει κεφ. ιδ'. θεμ. γ'.

46. §. 6. Καὶ ὁ τὴν δεσποτείαν ἔχων ἔχει κατὰ τοῦ τὴν
D. XLVII. χρῆσιν ἔχοντος τὴν περὶ κλοπῆς ἀγωγὴν, ἕαν τι
2. ποιήσῃ ἐπὶ τῷ κρύψαι τὴν δεσποτείαν.

καὶ ὁ τὴν δεσποτείαν ἔχων] * Οὐ μόνον δὲ κατὰ ἐξωτικὸν κλέπτοντος ἔχει ὁ προπριεταῖος τὴν φοῦρτι, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ οὐσουφρουκτουαρίου, ἕαν ἐπὶ τῷ ἀποκρυβῆναι τὴν δεσποτείαν τοῦ πράγματος, ἢ ἐπὶ τῷ ὑφελῆσθαι τὸ πρᾶγμα ποιήσῃ τι.

ἔχει κατὰ τοῦ τὴν χρῆσιν ἔχοντος τὴν περὶ κλοπῆς ἀγωγὴν] Μὴ ἐναντιωθῆ τὸ ἰθ. κεφ. τοῦ ε. tit. ἐκεῖνο γὰρ περὶ νοθαλίας φησὶ, καὶ εἰκότως οὐκ ἐνάγεται ὁ οὐσουφρουκτουαριος ἢ γὰρ νοθαλία διαιρεῖσιν οὐκ^m) ἐπιδέχεται, ὡς tit. γ'. κεφ. κς'. θεμ. α'. περὶ τοῦ τέλος, καὶ διὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα· τὸ ἐμὸν πλέον ἐμὸνⁿ) γενέσθαι οὐ δύναται. τὸ δὲ παρὸν κεφ. οὐ περὶ νοθαλίας φουρτι φησιν^o), ἀλλὰ περὶ τῆς σοῦφ νόμιμ. λέγει γὰρ· ἕαν τι ποιήσῃ ἐπὶ τῷ κρύψαι τὴν δεσποτείαν· τί γὰρ, ὅτι τὸν δοῦλον ἐπώλησεν, οὐ εἶχε τὸν οὐσουφρουκτον; ἐνάγεται οὖν σοῦφ νόμιμ. παρὰ τοῦ προπριεταρίου ἐπὶ τῷ διπλῷ τῆς προπριεταρίας. [Sch. r. VII. 342. sq.]

* Καὶ ὁ οὐσουφρουκτουαριος κατὰ τοῦ δεσπότου. καὶ ζῆτει κεφ. ιε'. περὶ τὰ μέσα.

ἐπὶ τῷ κρύψαι τὴν δεσποτείαν] Ἡ ἐπὶ τῷ ὑφελῆσθαι τὸ πρᾶγμα, ὡς τε μὴ φανεῖναι τῷ δεσπότη. [Sch. s. VII. 343.]

§. 7. Ὁ νομιζων κατὰ γνώμην τοῦ δεσπότου κεχρησθαι τῷ πράγματι, εἰ καὶ περὶ τοῦτο πεπλάνηται, κλέπτης οὐκ ἔστιν.

§. 8. Εἰ δὲ καὶ ἐγὼ μὲν ἐνομίζον, μὴ θέλειν τὸν δεσπότην χρῆσασθαι με, αὐτὸς δὲ ἤθελεν, οὐκ εἰμὶ κλέπτης.

ὁ νομιζων κατὰ γνώμην τοῦ δεσπότου κεχρησθαι τῷ πράγματι] * Ὁρθῶς εἴρηται, τὸν νομιζοντα γνώμῃ δεσπότου ψηλαφῆν πρᾶγμα μὴ εἶναι κλέπτην. ποῖον γὰρ δόλον ποιεῖ ὁ πιστεύων, ὅτι συναίνει τοῖς παρ' αὐτοῦ γνωμομένοις ὁ δεσπότης, εἴτε ἀληθῶς, εἴτε ἀπλάστως ταῦτα πιστεῖται; * ἐκεῖνος οὖν μόνος ἐστὶ κλέπτης, ὁ ψηλαφῶν, ὅπερ πιστεῖται ἄκοντος τοῦ δεσπότου ψηλαφῶν. καὶ ἐκ τούναντίου δὲ ζητεῖται, εἰ ἐγὼ μὲν νομιζῶ ἄκοντος τοῦ δεσπότου ψηλαφῶν, τῇ δὲ ἀληθείᾳ ἀρέσκειται τοῖς παρ' ἐμοῦ γενομένοις ὁ δεσπότης, εἰ ἔστι κατ' ἐμοῦ ἢ φοῦρτι. καὶ λέγει ὁ Πομπωνίος κλοπὴν μὴ ποιεῖν. ἀληθῆς γὰρ ἐστίν, ὅτι, ἕαν ἐγὼ ὁ δεσπότης βούλωμαι τινα κεχρησθαι τῷ πράγματι μου, εἰ καὶ ἀγνοεῖ ἐκεῖνος τὴν ἐμὴν βουλὴν, μὴ γίνεσθαι αὐτὸν ἐνοχον τῇ φοῦρτι.

§. 9. Ἐὰν μετὰ τὸ ὑποστρέψαι τὸ κλαπὲν πρὸς τὸν δεσπότην πάλιν κλαπῆ, ἀρμόζει ἄλλη περὶ κλοπῆς ἀγωγή.

ἕαν μετὰ τὸ ὑποστρέψαι τὸ κλαπὲν πρὸς τὸν δεσπότην] * Ἐὰν τὸ κλοπιμαῖον πρᾶγμα ὑποστρέψῃ πρὸς τὸν δεσπότην, καὶ πάλιν ἀνωθεν κλαπῆ, ἄλλη φοῦρτι τίκεται κατὰ τοῦ κλέψαντος.

L. 47. μζ'. Παυλ. Ἐπαλλασσομένης τῆς δεσποτείας τοῦ
D. eod. κλαπέντος πράγματος, τῷ καινῷ δεσπότη ἀρμόζει ἢ
περὶ κλοπῆς ἀγωγή, οἷον κληρονόμῳ, ἀγαθῶν διακατόχῳ, καὶ υἰοθετήσαντι.

l) Verba τὴν φοῦρτι, quae habet Cod. 1350. desunt apud Fabr. ἐμὸν ἐμὸν πλέον. o) Fabr. φησὶ.

5) et quod cuiusque interest, duplatur] Forte agente domino rei furtivae, et dicente malus esse pondus, quam sit revera, exhibita re a fure eam domino auferente, fur condemnatur, si manifestus est, in quadruplum, si nec manifestus, in duplum.

6) etiam usuuario] Quare lib. 16. tit. 8.

7) et debitori in eo, quod debitum excedit] Pone hoc loco debitorem adesse, et simul cum creditore agere, atque hoc modo creditorem non petere solidum furtum.

Quare cap. 14. them. 3.

Proprietarius quoque⁸⁾ adversus fructuarium furti actionem habet⁹⁾, si quid celandae proprietatis causa¹⁰⁾ fecit.

8) proprietarius quoque] Non solum autem in extraneum, qui furtum facit, proprietarius habet furti actionem, sed etiam adversus usufructuarium, si quid celandae proprietatis vel suppressandae causa fecit.

9) adversus fructuarium furti actionem habet] Non obstat cap. 18. tit. 5. Nam de noxali loquitur, qua usufructuarius merito non tenetur, quia noxalis actio divisionem non recipit, ut tit. 3. cap. 27. them. I. circa finem, et ex regula, quae dicit: Quod meum est, amplius meum fieri non potest. Hoc autem caput non est de actione furti noxali, sed de actione suo nomine. Ait enim: Si quid fecerit celandi domini causa, ut si servum fructuarium vendiderit, tenetur suo nomine proprietario in duplum proprietatis.

Etiam usufructuarius in proprietarium. Et quare cap. 15. circa medium.

10) celandae proprietatis causa] Sive rei auferendae causa, ita ut res domino non appareat.

Qui se putat voluntate domini re uti¹¹⁾, etiamsi in eo erret, fur non est.

Sed et si ego existimem dominum nolle uti me, ipse autem voluit, non sum fur.

11) qui se putat voluntate domini re uti] Recte dictum est, eum, qui putat, domini voluntate se rem attingere, non esse furem. Quem enim dolum facit, qui putat, dominum factis suis consensurum fuisse, sive vere, sive falso id putet? Is ergo solus fur est, qui contractat, quod se invito domino contractare putat. Per contrarium quaeritur, si ego me invito domino facere putarem, revera autem contentus sit factis meis dominus, an sit adversus me actio furti. Et ait Pomponius furtum me non facere. Verum enim est, cum ego dominus velim aliquem re mea uti, licet is ignoret voluntatem meam, eum non obligari furti.

Si posteaquam res furtiva ad dominum rediit¹²⁾, iterum subripiatur, competit alia furti actio.

12) si posteaquam res furtiva ad dominum rediit] Si furtiva res ad dominum rediit, et iterum subrepta est, alia furti actio nascitur in furem.

XLVII. Paul. Mutato dominio rei furtivae¹⁾, novo domino competit actio furti²⁾, veluti heredi³⁾, bonorum possessori⁴⁾, et arrogatori.

l) Verba τὴν φοῦρτι, quae habet Cod. 1350. desunt apud Fabr. m) Fabr. οὐ. n) Sic verba ponit Cod. 1350. Fabr.



ἐπαλλασσομένης τῆς δεσποτείας τοῦ κλαπέντος πράγματος] * Ἐάν ἡ δεσποτεία τοῦ κλαπέντος πράγματος ἀφ' οἰονδήτινα λογιζομένη ἐναλλάγη, τῷ καινῷ δεσπότη δίδεται φοῦρτι, οἷον κληρονόμῳ καὶ βονόρουμ ποσειέσσωσι ἦτοι γαθῶν διακατόχω, καὶ θετῷ πατρί, καὶ ληγαταρίῳ.

* Τυχόν ληγατενομένης, ἢ πωλουμένης, ἢ δωρουμένης ἐτέρῳ. † Ζῆτει κεφ. εἴ. θεμ. β. ζῆτει κεφ. ιζ. θεμ. β. ζῆτει π. ι. κεφ. ια. καὶ ι. θεμ. β. καὶ κεφ. ζ. θεμ. τελευτ. καὶ ἐφ. ια. καὶ τὸν ἐκεῖ παλαιόν.

τῷ καινῷ δεσπότη ἀρμόζει ἢ περὶ κλοπῆς γωγῆ] Ὅτε δηλαδὴ μετὰ τὴν τῆς δεσποτείας ὑπαλλαγὴν ἀκολουθήσῃ ψήλαφῆσι. εἰ γὰρ ἐπιλείπει αὐτῇ, σχολάζει καὶ φοῦρτι ἢ τῷ πρώτῳ δεσποτῇ ἀρμόσσει, εἴγε δηλαδὴ εἰς γάτον τὸ πρᾶγμα κατελείφθη, διότι ὁ ληγαταρίος πρᾶγμα ἔστι διαδοχός, οὐ μὴν καὶ ἀγωγόν, ὡς ὁ κληρονόμος καὶ ἀγαθῶν διακατόχος, καὶ ὁ υἱοθετήσας· οἱτοὶ γὰρ καὶ ἀγωγῶν εἶσι καὶ παντὸς δικαίου διώδοχοι, καὶ κινῶσι καὶ τῆρ οὔρτι, εἰ μὴ ὡς ἀνωτέρω ἐφην, ὡς κεφ. εἴ. θεμ. β. ἐρωτῶ τοῦτο· καὶ πῶς δίδεται ἢ φοῦρτι τῷ ληγαταρίῳ ψήλαφωμένον ἢ πρᾶγματος κλαπέντος; μετὰ τὴν δεσποτείας ὑπαλλαγὴν, ἢ ταῦτα μηδέποτε τοῦ ληγαταρίου πρὸ τοῦ νεμηθῆναι τὸ γατευθῆν αὐτῷ δεσπότη τοῦτου γενομένου; Δύσις). Θεμάσον ἐναῦθα, μὴ ληγατευθῆναι τὸ πρᾶγμα· εἰ γὰρ ληγαυθῆ ἀπερτεῦθεν, ἢ ὑπὸ αἰρεσιν μὲν, ἐξέλθῃ δὲ ἢ αἰρεσιν ὁ τοῦ ὑπερσελθεῖν τὸν κληρονόμον, οὐκ ἔχει οὗτος τῆρ οὔρτι ὡς μὴ διαφέρον ἔχων, ἀλλ' ὁ ληγαταρίος, ὡς κεφ. . . ch. t. VII. 343.]

Τοῦτο νόει κατὰ τὴν ἐν τῷ ια. κεφ. τοῦ ι. τιτ. διάσειν. ch. u. VII. 343.]

* Οὐ μέντοιγε καὶ ὁ φοῦρτιβός· ἀλλ' οὐδὲ τῷ ἐκουσίως τοξενώσαντι ἑαυτὸν τῆς τοῦ κλαπέντος δεσποτείας, οὔτε τῷ κληρονόμῳ αὐτοῦ, ὡς τιτ. ι. κεφ. ι. θεμ. τελευτ. ζῆτει καὶ φ. αὐτοῦ ια. ιβ. καὶ ιδ.

οἷον κληρονόμῳ] † Ζῆτει τιτ. ι. κεφ. ια. ἀγαθῶν διακατόχῳ] Ως ἰ) οἱ ἐκ Θελυγονίας. ζῆτει ι. κεφ. ζ. θεμ. τελευτ. καὶ ια. κεφ. [Sch. x. VII. 343.] † Ζῆτει κεφ. νβ. θεμ. τελευτ.

μη. Οὐλλιαν. Κἂν λάβῃ τὸ κλαπέν πρᾶγμα ὁ σπότης, μένει ὁ κλέπτης ἐπὶ τῷ διπλῷ ἢ τῷ τετραπλῷ ἐνεχόμενος.

κἂν λάβῃ τὸ κλαπέν πρᾶγμα ὁ δεσπότης] Ἀποίας τις ἀργύρου) σκεῦος ἐκίνει περὶ αὐτοῦ τὴν φοῦρτι, φιλονεικίας οὔσης περὶ τοῦ σταθμοῦ αὐτοῦ σκεῦους, λέγοντος τοῦ ἐνάγοντος μείζονα τῆς ἀληθείας σταθμόν, ἠγαγεν ὁ κλέπτης τὸ κλοπιμαῖον, καὶ τοῦτο ἑωρακῶς ὁ πότης ἀφείλετο αὐτὸ παρ' αὐτοῦ· οὐδὲν δὲ ἦσαν κατεδῆθη ὁ κλέπτης εἰς τὸ διπλάσιον τῷ δεσπότη σκεῦους. λέγει ὁ Οὐλλιανός, ὁρροτάτην γενομένην τὴν καταδικνῶν αὐτῇ φοῦρτι ποινάλα ὑπαρχούση οὐ φέρεται τὸ πρᾶγμα κλαπέν, εἴτε ἢ μανιφῆσι κινεῖται, εἴτε ἢ νικ μανιφῆσι. γ. γ. VII. 343.]

Ἄγνωμονοῦντος τοῦ κλέπτου. ζῆτει κεφ. εἴ. καὶ νε. θεμ. β. εἰώσαι τὸν παλαιόν λέγοντα, ὅτι ὁ) τὸ κλαπέν αὐτοῦ γμα δι' ἑαυτοῦ ἀφαιρούμενος οὐ ποινηλατεῖται, ὡς κλέπτης ἰδῆ, ἀλλοῖς δὲ τιμωρεῖται. καὶ ζῆτει ἰστοιτ. δ. τιτ. β. καὶ παρόντος βιβ. τιτ. ιζ. κεφ. β. θεμ. θ'. [Sch. z. VII. 343.]

ἰένει ὁ κλέπτης ἐπὶ τῷ διπλῷ — ἐνεχόμενος] ἢ τιτ. ιε. κεφ. β. ζῆτει κεφ. εἴ. τοῦτου τοῦ τιτ. καὶ θεμ. β. καὶ τιτ. ιζ. κεφ. η'. θεμ. α'. [Sch. a. VII. 343. sq.]

Ὁ γινώσκων τὸν κλέπτην, κἂν μὴ καταμηνύσῃ ὄν, οὐκ ἔστι κλέπτης. ὁ δὲ κρύπτων τὸν κλέπτην, τῆς ἐστίν.

Ὁ δοῦλον ἀλλότριον ὑποδεξάμενος γνώμη τοῦ ἰότου, οὔτε κλέπτης ἐστίν, οὔτε ἀνδραποδιστής.

Ὁ δὲ ἀγνωστοῦντος αὐτοῦ ἐπὶ τῷ κρύψαι ὑποδε- ενος, κλέπτης ἐστίν· εἰ δὲ μὴ ἐπὶ τῷ ἀποκρύψαι, ἔστι κλέπτης.

1) mutato dominio rei furtivae] Si domini- nium rei subreptae quacunq[ue] ratione mutatum sit, novo domino actio furti datur, veluti heredi, et bono- rum possessori, et patri adoptivo, et legatario.

Putare re furtiva legata, aut vendita, aut donata alii.

Quaere cap. 67. them. 2. Quaere cap. 17. them. 2. Quaere tit. 10. cap. 11. et 10. them. 2. et cap. 7. them. ult. et cap. 11. et ibi Antiquum.

2) novo domino competit actio furti] Cum videlicet post mutationem domini secuta est con- tractatio. Nam si ea deficiat, cessat et actio furti, quae priori domino competebat, puta si res legata sit, quia legatarius rei est successor, non actionum, sicut heres et bonorum possessor, et arrogator, qui actionum et totius iuris successores sunt, et habent etiam actionem furti, nisi ut dixi supra, ut cap. 67. them. 2. At quaero, quemadmodum actio furti detur legatario contractata re furtiva post domini mutatio- nem, cum antequam possederit rem legatam, eius do- minus legatarius non fiat. Solutio. Pone hoc loco rem non esse legatam: nam si directo legata sit, aut sub conditione, conditio autem extiterit ante aditionem he- redis, heres non habet actionem furti, quod eius nihil intersit, sed legatarius, ut cap. . .

Hoc intelligatur secundum distinctionem cap. 11. tit. 10.

Non etiam conditio furtiva: sed neque ei, qui sua sponte dominium rei furtivae alienavit, nec heredi eius, ut tit. 10. cap. 10. them. ult. Quaere et cap. eiusdem tit. 11. 12. et 14.

3) veluti heredi] Quaere tit. 10. cap. 11.

4) bonorum possessori] Ut sunt cognati. Quaere tit. 10. cap. 7. them. ult. et cap. 11.

Quaere cap. 52. them. ult.

XLVIII. Ulpian. Etiam si dominus rem furtivam L. 48. pr. receperit¹⁾, fur obligatus manet in duplum²⁾ vel D. XLVII. 2. quadruplum.

1) etiam si dominus rem furtivam rece- perit] Qui vas argenteum perdidit, eius nomine agit furti, et controversia cum esset de pondere vasis, et actor maius fuisse diceret, quam esset revera, vas fur protulit, et hoc cum vidisset dominus ei abstulit: nihilo autem minus fur domino vasis in duplum con- demnatus est. Et Ulpianus ait recte factam condemna- tionem. Nam in actione furti, quae poenalis est, non venit res furtiva, sive manifesti agatur, sive nec man- ifesti.

Invito fure. Quaere cap. 66. et 55. them. 2. Nota Antiquum dicentem, eum, qui rem sibi subreptam au- fert per se, non puniri ut furem, sed aliter. Et quaere Instit. 4. tit. 2. et huius libri tit. 17. cap. 2. them. 9.

2) fur obligatus manet in duplum] Quaere tit. 15. cap. 2. Quaere cap. 66. huius tit. et cap. 55. them. 2. et tit. 17. cap. 8. them. 1.

Qui furem novit, etiam si non indicet eum, fur §. 1. non est. Qui vero celat furem, fur est.

Qui servum alienum suscipit voluntate domini³⁾, §. 2. neque fur est, neque plagiarium.

Qui vero ignorante eo⁴⁾ celandi causa suscipit, §. 3. fur est⁵⁾: si non celandi causa, fur non est⁶⁾.

p) Adde τοῦ ante κλαπέντος. q) Fabr. νεμηθῆναι. r) Lege δεσπότη του του γενομένου. s) Inde a voce λύοις· haec ntur e Cod. 1350. Desunt apud Fabr. t) ὡς in Cod. 1350. secunda manu additum deest apud Fabr. u) Sic Cod. 1350. ἀργύριον. v) ὁ, quod habet Cod. 1350. deest apud Fabr.



ὁ δοῦλον ἀλλότριον ὑποδεξάμενος γνώμη τοῦ δεσπότου] Μὴ πρότερον ὑποφθείρας αὐτὸν διὰ τὸ λζ'. κεφ. τι. ζ'. [Sch. b. VII. 344.]

* Ὁ κατὰ γνώμην δεσπότου δοῦλον ἀλλότριον δεξάμενος, οὐδὲ κλέπτης, οὐδὲ ἀνδραποδιστὴς ἐστὶν αὐτοῦ· καὶ τοῦτο τῶν ὁμολογημένων ἐστὶ. τίς γὰρ βούλησιν ἔχων δεσπότου κλέπτης δύναται λέγεσθαι; εἰ δὲ ὁ μὲν δεσποτικῆς ἐκώλυσεν, ἐκείνος δὲ τὸν οἰκέτην ὑπέδεξάτο, εἰ μὲν μὴ ἐπὶ τῷ κρύψει ὑπέδεξάτο αὐτὸν, οὐκ ἐστὶ κλέπτης· εἰ δὲ κρύψει, τότε γίνεται κλέπτης.

* Τοῦ Ἁγιοθεοδ. Καὶ ἐνταῦθα οὐκ ἐγένετο πρότερον ἢ ὑποφθορά, ὡς ἐν τῷ λζ'. κεφ. τοῦ ζ'. τι. ἀλλ' ὁ δεσπότης πρῶτον συμβούλευσε τῷ δούλῳ ἀπελθεῖν εἰς τὸν Πέτρον, ὡς ταῦτα φρουρὰ καὶ τὴν δουλείαν ἀποστέρξαντι· καὶ ἐπει καὶ ὠδὲ ἐστὶν ὁ δεσπότης τοῦ δούλου ὁ πρῶτον τὰ ζιζάνια σπειρών καὶ θέλων παρακινεῖν ἀνθρώπους ἁμαρτήμασι περιπίπτειν, τὰ αὐτὰ γίνεται, ἃ καὶ ἐν κεφ. μγ'. θεμ. ζ'.

ἀγνοοῦντος αὐτοῦ] † Τοῦ δεσπότου.

κλέπτης ἐστίν] † Ζῆται τι. ζ'. κεφ. θ'.

εἰ δὲ μὴ ἐπὶ τῷ ἀποκρύψει, οὐκ ἐστὶ κλέπτης] Εἰ καὶ ἀκοντος ἢ κωλύοντος τοῦ δεσπότου πεποίηκε τοῦτο, δοκεῖ δὲ κωλύειν ὁ δεσπότης, εἰ καὶ ἀγνοεῖ τὸ γινόμενον καὶ μὴ αἰσθάνεται. [Sch. c. VII. 344.]

L. 48. §. 4. 'Εὰν ὁ κναφεὺς χρήσῃ τὸ δοθὲν αὐτῷ παρ' ἐμοῦ, καὶ κλαπῆ παρὰ τοῦ χρησαμένου, καὶ ἐμοὶ κατὰ τοῦ κναφεῦς ἀρμόζει ἢ περὶ κλοπῆς ἀγωγή, καὶ αὐτῷ κατὰ τοῦ κλέπτου. καὶ ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος ἀρμόζει τῷ κλέπτῃ ἢ περὶ κλοπῆς ἀγωγή.

ἐὰν ὁ κναφεὺς χρήσῃ τὸ δοθὲν αὐτῷ παρ' ἐμοῦ] * 'Εὰν δάσω σοι ἐσθῆτα ἐπὶ τῷ κναφῆ, καὶ σὺ ἀγνοοῦντός μου ἢ ἀκοντος χρήσῃς αὐτῶν τινι, καὶ κλαπῆ παρ' αὐτοῦ ἢ ἐσθῆς, ἀρμόζει καὶ σοὶ ἢ φουρτι, ἐπειδὴ τὴν ἐπὶ τῷ πράγματι κοινοτικῶν χρεωστῆς, καὶ ἐμοὶ κατὰ σοῦ τοῦ κναφεῦς, ἐπειδὴ οὐκ ὀφείλεις χρήσαι τὴν ἐσθῆτά μου, καὶ τοῦτο ποιήσας κλοπῆν ἡμωτικῆς. καὶ συμβαίνει ἐν τούτῳ τῷ θέματι τὸν κλέπτην δύνασθαι τὴν φουρτι κινεῖν.

* Καὶ ἐκ τούτου δόξη κλέπτειν αὐτὸ κατὰ τὸν καθόλου κανόνα, ὃν ἔμαθες ἐν βιβ. ιγ'. τι. α'. κεφ. ε'. θεμ. ζ'. ὅτι ὁ τὸ ἀλλότριον ἄλλως, παρὸ ἐλαβεῖν, χρησάμενος κλέπτει.

καὶ ἐμοὶ κατὰ τοῦ κναφεῦς ἀρμόζει ἢ περὶ κλοπῆς ἀγωγή] Ἦν μὲν γὰρ αὐτὸς ἡμωτικῶν ὡς παραχρησάμενος ἐνέχεται τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ· ἢ δὲ οὐ κλεπτικῆ διαθέσει τοῦτο πεποίηκεν, οὐκ ἐστὶ κυρίως κλέπτης, καὶ λοιπὸν ἔχει κατὰ τοῦ κλέπτου τὴν φουρτι. ζῆται κεφ. ιβ'. καὶ τὴν ἐκεῖ παραπομπὴν. σημειώσαι, πότε ὁ κλέπτης δύναται κινεῖν τὴν φουρτι, καὶ ἔχε* τούτο, διότι οὐκ ἐστὶν ὁμοίος τοῖς ἄλλοις κλέπταις τοῖς ἀποστειροῦσι τὸν δεσπότην παντελῶς τοῦ οἰκείου πράγματος, ὡςτε μισέσθαι διὰ τὸ ἄγαν αἰσχρὸν. [Sch. d. VII. 344.]

καὶ αὐτῷ κατὰ τοῦ κλέπτου] Χρεωστῆ γὰρ τὴν ἐπὶ τῷ πράγματι κοινοτικῶν. ζῆται βιβ. ιγ'. τι. β'. κεφ. α'. θεμ. κη'. [Sch. e. VII. 344.]

καὶ ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος] Οἶμαι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ κομμοδάτου καὶ τοῦ δεπουότου, καὶ τῶν ἄλλων) συναλλαγμάτων, κἰν οὗτοι μεταχρησάσων ἄλλω. [Sch. f. VII. 344.]

τῷ κλέπτῃ] Ἦγουν τῷ κναφῆ· κλέπτην γὰρ ἐνταῦθα αὐτὸν ὀνομάζει, διὰ τὸ²⁾ δοθὲν αὐτῷ πρὸς τὸ κναφῆσαι παρασχέσθαι ἐτέρω κατὰ γνώμην τοῦ δεσπότου τοῦ πράγματος. [Sch. g. VII. 344.]

§. 5. 'Εὰν ἔγκυος θεράπαινα κλαπῆ, ἢ παρὰ τῷ κλέπτῃ ἔγκυμονήσῃ, κλοπιμαῖός ἐστι καὶ ὁ τοκετός, εἴτε παρὰ τῷ κλέπτῃ γεννήσῃ, εἴτε παρὰ τῷ καλῇ πίστει νομεῖ. ἀλλ' ἐν τούτῳ τῷ ἐστέρω θέματι ἀργεῖ ἢ περὶ κλοπῆς ἀγωγή. εἰ δὲ παρὰ τῷ καλῇ πίστει νομεῖ^{α)} συλλάβῃ καὶ τέκῃ, οὐκ ἐστὶ κλοπιμαῖός, καὶ διὰ τῆς χρήσεως δεσπόζεται. τὸ αὐτὸ καὶ περὶ θρεμμάτων καὶ τῆς γονῆς αὐτῶν.

ω) Fabr. πεποίηκε. x) Sic Cod. 1350. Fabr. ἔχει. y) Fabr. ἄλλων τῶν. z) Lege διὰ τὸ τὸ δοθὲν. α) Verba παρὰ et νομεῖ, quae habet Cod. 1350, desunt apud Fabr.

3) qui servum alienum suscipit voluntate domini] Quem non corrumpit ante, propter cap. 37. tit. 6.

Qui ex voluntate domini servum alienum recepit, neque fur, neque plagiarius est: et hoc certum est. Quis enim voluntatem domini habens fur dici potest? Quodsi dominus vetuit, et ille servum suscepit, si quidem non celandi causa suscepit, non est fur: si celavit, tunc fur esse incipit.

Hagiotheod. Et hic non prius facta est corruptio, ut in cap. 37. tit. 6. sed dominus primum servo, quasi fugitivus esset et servitutum abominaretur, persuasit, ut ad Petrum veniret: et quia et hoc loco dominus servi est, qui primus lolium sevit et voluit efficere, ut homines delicta committerent, eadem fiunt, quae et in cap. 43. them. 6.

4) ignorant e o] Domino.

5) fur est] Quare tit. 7. cap. 9.

6) si non celandi causa, fur non est] Etiamsi invito vel prohibente domino hoc fecit. Prohibere autem videtur dominus, etiam si ignoret factum et non consentiat.

Si fullo commodaverit, quod ei dederam⁷⁾, idque commodataro subripiatur, et mihi adversus fullonem actio furti competit⁸⁾, et ei adversus furem⁹⁾. Et in hac specie¹⁰⁾ furi¹¹⁾ actio furti competit.

7) si fullo commodaverit, quod ei dederam] Si ego tibi poliendum vestimentum locavero, et tu inscio vel invito me id commodaveris Titio, et huic vestis subrepta sit, et tibi competit furti actio, quia custodiam rei debes; et mihi adversus te fullonem, quia non debueras vestimentum meum commodare, et id faciendo furtum admiseris. Et hoc casu evenit, ut fur furti agere possit.

Et ex eo subripere videatur, secundum regulam generalem, quam didicisti in lib. 13. tit. 1. cap. 5. them. 7. quo dicitur, eum, qui re aliter, atque in quem usum accepit, utitur, furtum committere.

8) et mihi adversus fullonem actio furti competit] Quia ipse deliquit rem commodans, teneatur furti: quia vero non furandi animo hoc fecit, non est proprie fur, et ideo habet in furem actionem furti. Quare cap. 12. et ibi additionem. Nota, quando fur possit agere furti, et hoc ideo, quia non est similis aliis furibus, qui omnino re sua dominum spoliant, ita ut ob nimiam turpitudinem odio sint.

9) et ei adversus furem] Debet enim rei custodiam. Quare lib. 13. tit. 2. cap. 1. them. 28.

10) et in hac specie] Et ut opinor, etiam in commodato et deposito, et reliquis contractibus, si ii rem alii utendam dederint.

11) furi] Id est, fulloni: furem enim eum hic vocat, quod rem sibi poliendam datam alteri commodaverit citra domini voluntatem.

Si ancilla praegnans subripiatur¹²⁾, vel apud furem concipiat, partus furtivus est¹³⁾, sive apud furem pariat¹⁴⁾, sive apud bonae fidei possessorem¹⁵⁾. Sed in hoc posteriore casu¹⁶⁾ cessat actio furti¹⁷⁾. Sed si apud bonae fidei possessorem concepit¹⁸⁾ et peperit, non est furtivus, et usucapitur. Idem et in pecudibus et foetibus earum.



ἐάν ἔγκυρος θεράπαινα κλαπή] Ζήτει τιτ. ζ'. κεφ. κθ'. καὶ τὰς ἐκεῖ παραπομπὰς, καὶ βιβ. θ'. τιτ. η'. κεφ. κε'. θεμ. ε'. καὶ βιβ. β'. τιτ. β'. κεφ. κς'. καὶ βιβ. γ'. τιτ. γ'. κεφ. δ'. θεμ. ι'. καὶ κεφ. θ'. θεμ. β'. καὶ τιτ. ιδ'. κεφ. γ'. πρὸ τοῦ τέλους. [Sch. h. VII. 344.]

Σημείωσαι^{b)} τὸ παρὸν κεφ. τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ λύον ἅπαντα τὰ ἐναντιοφανῆ κεφάλαια, τὰ περὶ κλοπιμαίου διαλεγόμενα τοκετοῦ, διάφορα ὄντα καὶ μύρια.

* Ἐάν ἔγκυρος θεράπαινα κλαπή, ἢ παρὰ τῷ κλέπτῃ οὖσα συλλάβῃ, φουρτίβος ἐστὶ καὶ ὁ τοκετός αὐτῆς, εἴτε παρὰ τῷ κλέπτῃ γεννηθῆ, εἴτε παρὰ τινὶ βόνα φίδε νεμομένῳ τὴν θεράπαιναν. κατὰ δὲ τοῦ βόνα φίδε νομείως ἀργεῖ ἢ φούρτι. εἰ δὲ καὶ συλλάβῃ παρὰ τῷ βόνα φίδε νομείως ἢ τέκῃ ἢ θεράπαινα, συμβαίνει, μηκέτι φουρτίβον εἶναι τὸν τοκετόν αὐτῆς, καὶ διὰ τοῦτο οὐσουκαπιτεύσθαι. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν θρεμμάτων καὶ τῆς γονῆς αὐτῶν λέγομεν, ὅπερ ἐπὶ τοῦ τοκετοῦ τῆς θεραπείνης εἰρήκαμεν.

κλοπιμαῖός ἐστι καὶ ὁ τοκετός] Καὶ ἡ μὲν οὐσουκαπιῶν ἐμποδίζεται καὶ οὐκ ἔχει χάραν, ὡς περὶ ἔχει, ὅτε παρὰ τῷ καλῇ πίστει νομεῖ συλληφθῆ, ὡς φησὶ τὸ ιζ'. κεφ. του δ'. τιτ. του γ'. βιβ. ἢ δὲ ἀπαιτήσις τῆς ποιητῆς, ὅσον ἐπὶ τῷ τοκετῷ, ἀργεῖ. ἀνάγκη τὸ α'. θεμ. του κς'. κεφ. του β'. τιτ. λέγον· Ὁ τοκετός τῆς κλοπιμαίας δούλης οὐκ ἐστὶ μέρος αὐτῆς. καὶ νόμι κάκεινο πρὸς τὴν παρούσαν διακρίσιν. [Sch. i. VII. 344.]

εἴτε παρὰ τῷ κλέπτῃ γεννησέαι] Ζήτει βιβ. μς'. τιτ. α'. κεφ. κς'. θεμ. β'. αὐτόν. [Sch. k. VII. 344.]

εἴτε παρὰ τῷ καλῇ πίστει νομεῖ] Τῷ σχόντι ἐν ἀγνοίᾳ τὸ κλοπιμαῖον. [Sch. l. VII. 344.]

καὶ ἐν τούτῳ τῷ ὑστέρω θεμάτι] Ὅτε μὴ ἔγκυρος ἐλάτῃ, ἀλλὰ παρ' ἐκείνοις ἐνεκμύνησεν. [Sch. m. VII. 344.]

* Τοῦ Ἁγιοθεοδ. Ὅτε παρὰ τῷ κλέπτῃ ἔγκυμονήσῃ. ἐν τούτῳ γούν τῷ θεμάτι, φησὶν, ἢ μὲν φούρτι ἀργεῖ· οὐ γὰρ δοκεῖ καὶ ὁ τοκετός κεκλήφθαι καὶ ψηλαφηθῆναι, ἵνα καὶ ἐπ' αὐτῷ τεχθῆ ἢ φούρτι, ὡς ἐπὶ τῷ πρωτοτύπῳ. πῶς γὰρ, ἐπεὶ παρ' αὐτῶ συνελήφθες; τὸ δὲ πρῶγμα κλοπιμαῖόν ἐστίν, ὥστε μὴ οὐσουκαπιτεύσθαι. κατὰ τοῦτο γούν ἐστὶ μόνον κλοπιμαῖον τὸ τοιοῦτον. καὶ τί θανατοῦ; πολλοῦ γὰρ τοῦτο ἔμαθες. τὸ γὰρ φουρτίβον, κἂν εἰς μύριους καλῇ πίστει νομείως περιέλθῃ, φουρτίβον μὲν ἐστὶ καὶ [οὐκ^{ο)}] οὐσουκαπιτεύεται· πλην οἱ καλῇ πίστει νομείως οὐκ ἐνάγονται τῷ φούρτι. τοιοῦτον γούν ἐστὶ καὶ τὸ παρὸν. ἀνάγκη καὶ τὴν ἐν τῷ γ'. θεμ. του θ'. κεφ. παραγραφῆν.

ἀργεῖ ἢ περὶ κλοπῆς ἀγωγῆ] Κατὰ δὲ τοῦ βόνα φίδε νομείως ἀργεῖ ἢ φούρτι. ζήτει βιβ. β'. τιτ. β'. κεφ. κς'. καὶ βιβ. λα'. τιτ. ζ'. κεφ. α'. θεμ. β'. καὶ τιτ. ζ'. τούτου του ιβ'. κεφ. α'. θεμ. ζ'. [Sch. n. VII. 344. sq.]

Ἀργεῖ ἢ φούρτι^{d)}, ὅσον ἐπὶ τῷ τοκετῷ. ἀρμόζει δὲ ὁ οὐρτίβος. [Sch. o. VII. 345.]

εἰ δὲ παρὰ τῷ καλῇ πίστει νομεῖ συλλάβῃ] ἦπει βιβ. γ'. τιτ. γ'. κεφ. δ'. θεμ. ιβ'. καὶ κεφ. ι'. θεμ. τελευτ. ι. κεφ. αὐτοῦ λγ'. [Sch. p. VII. 345.]

Ὁ τοκετός τῶν φορβάδων ὡς καρπός τοῦ καλῆ πίστει νομείως γίνεται. ὁ δὲ τῆς θεραπείνης τοκετός οὐκ ἐστὶ καρπός.

XLVIII. Si quis¹⁾ noctu²⁾ deprehendat adulterum, quem impune occidere licet, et eum occiderit, non punitur. Sed et si filii eius ei obtemperantes occiderint³⁾, extra noxam sunt. Sed si non praecipiente lege hoc fecit⁴⁾, ignoscimus ei⁵⁾, quia et noctu deliquit⁶⁾, et facti dolore permotus, et tantummodo relegatur. L. 4. C. eod.

1) si quis] Theodori. Si vir et filii eius noctu occiderint adulterum, quem lex iubet in ipso facto deprehensum occidi, non tenentur lege de adulteriis. Sed si occiderint, quem lex occidi non permittit, relegantur. Haec ita accipias, si adulter post tres testationes deprehendatur in aliquo eorum locorum, qui enarrantur in Nov. 117. quam et lege.

Τὸ κατὰ πόδας. Quem Numerius in adulterio deprehensum occidit, si eius conditionis fuit, ut per legem Juliam impune occidi potuerit: quod legitime factum est, nullam poenam meretur. Idemque filii eius, qui patri paruerunt, praestandum est. Sed si legis auctoritate cessante, inconsulto dolore adulterum interemit, quamvis homicidium perpetratum sit, tamen, quia et nox, et dolor iustus factum eius relevant, potest in exilium dari.

2) noctu] Hoc dictum est ratione eius, quod sequitur. Quia enim dicturus est, occisorem relegari, necesse est dicat, noctu. Et ob id initio hoc tempus non posuit: quia qui debet occidere, etiam interdum occidit impune. Nota, quando reus caedis tantummodo relegatur.



εἰ δὲ καὶ παῖδες αὐτοῦ πεισθέντες φονεύσου-
σιν] Τυχὸν γὰρ αὐτὸς ἠσθένει¹⁾, καὶ φονεῦν οὐκ ἠδύνατο.
[Sch. m. VII. 665.]

εἰ δὲ μὴ κελύοντος τοῦ νόμου τοῦτο ἐποίησε]
Τυχὸν γὰρ ὁ ἀνὴρ ἀνδρα ἐντιμον ἀνέλε. καὶ ζῆτει κεφ. κγ'.
ἢ ὁ ἀπελεύθερος τὸν πατρῶνα, ὡς κεφ. μα'. θεμ. παρατέλευτ.
[Sch. n. VII. 665.]

συγγινώσκομεν αὐτῷ] Κῦν τὰ μάλιστα ἀνδροφονία
ἡμαρτηθῆ. [Sch. o. VII. 665.]

ὅτι καὶ ἐν νυκτὶ ἡμαρτε] Ζῆτει τι. λθ'. κεφ. α'.
θεμ. τέλευτ. [Sch. p. VII. 665.]

L. 5.
C. IX. 9.

μθ'. Ὁ^m) μοιχὸς μετὰ πενταετίαν, ἤπερⁿ) ἀμαρ-
τηθεῖσα ἢ μοιχεία λέγεται, ἣτις συναπτῶς ἀριθμεῖ-
ται, κατηγορεῖσθαι οὐ δύναται. καὶ ταύτας τὰς
παραγραφὰς τὰς τοῖς ὑπεύθυνος δεδομένας ἀπὸ τῶν
νόμων, ἀφαιρεθῆναι οὐ χρή.

ὁ μοιχὸς] Θεοδώρου. Μετὰ πάντα ἔτη συναπτὰ οὐ
κατέχεται τις περὶ μοιχείας, ἀλλ' ὡς ἐπάγει ἢ κζ'. διάταξις
τοῦ παρόντος τι. εἰν ἐναχθῆ μετὰ τὸν εἰρημένον χρόνον,
ἀντιτίθησι τὴν τοῦ χρόνου παραγραφὴν. [Sch. q. VII. 665.]

Θαλελ. Ὁ μοιχὸς μετὰ πενταετίαν τοῦ ἀμαρτηματος συν-
απτῶς ψηφίζομένην οὐ κατηγορεῖται. [Sch. q. VII. 665.]

L. 6.
C. eod.

ν'. Δικαίω ἀνδρὸς τῷ βουλομένῳ περὶ μοιχείας
κατηγορεῖν ἑξήκοντα ἡμέρας ὠρισμέναι ψηφίζονται, ἐν
αἷς δημοσία ἐκείνου εὐχέρεια ἔστι, παρ' ὧτιν ὁ ὑπεύ-
θυνος ἢ ἡ ὑπεύθυνος κατηγορεῖσθαι δύναται. καὶ
ὅτε παρέλθωσιν αἱ ἡμέραι οὐτίλιναι, ὁ ἀνὴρ ὁμοίως
δικαίω ἔξωτικῶς κινεῖν δύναται. καὶ ὅστις θαρρεῖ τῇ
κατηγορίᾳ, τὴν τῆς συκοφαντίας ἀτιμίαν φοβεῖσθαι
οὐκ ὀφείλει.

δικαίω ἀνδρὸς τῷ βουλομένῳ περὶ μοιχείας
κατηγορεῖν] Θεοδ. Τὸν Ἰούλιον δὲ ἀδουλίτεως κινεῖ ὁ
ἀνὴρ ἐντὸς μὲν ζ'. ἡμερῶν ἰure mariti, μετὰ δὲ τὰς ζ'. ἡμέρας
iure extranei. δηλοῖ δὲ ἡ ζ'. διατ. τοῦ παρόντος τι. ὡς οὐ
μόνον ὁ ἀνὴρ κινεῖ τὸν εἰρημένον νόμον ἰure mariti, ἀλλὰ
καὶ ὁ μνηστὴρ κινεῖ αὐτὸν κατὰ τοῦ φθείραντος τὴν μνηστευ-
θεῖσαν αὐτῷ κόρη. ἀνάγνωθι δὲ τὴν ις'. διατ. τοῦ αὐτοῦ
παρόντος τι. λέγουσαν, ὡς ὁ κινήσας ἰure mariti, εἰ ἀποστῆ
τῆς κατηγορίας χωρὶς ἀβολιωνος, οὐκέτι γυμνάξει τὸ αὐτὸ
ἔγκλημα. πλὴν ἰστέον, ὅτι δηλοῖ ἡ κθ'. διατ. τοῦ προκειμένου
ὡς αὐτῶς^o) τι. ὅτι γραφὰς οὐκ ἀποτίθεται ὁ κινῶν ἰure
mariti, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὑπονοίας εἰσαγαγεῖν δύναται τὸ τοιοῦτον
ἔγκλημα. ὅμοιον δὲ φησὶν ἡ ριζ'. νεαρά. [Sch. r. VII. 665.]

Θαλελ. Ὁ βουλόμενος κατηγορεῖσθαι ἰure mariti ζ'. ἡμέρας
ἔχει, ἐν αἷς εἰν δυνατὴν κατηγορεῖσθαι καὶ μὴ ἐνάγη, οὐκέτι
δύναται ἰure mariti εἰσαγαγεῖν, ἀλλὰ λοιπὸν ἰure extranei
κινεῖ. [Sch. r. VII. 665.]

Σημείωσαι τὸν παλαιὸν λόγον, ὡς οὐ μόνος ὁ ἀνὴρ δύ-
ναται κινεῖν τὸ περὶ μοιχείας δικαίω ἀνδρὸς ἐντὸς ζ'. ἡμερῶν,
ἀλλὰ καὶ ὁ μνηστὴρ. ἀνάγνωθι καὶ τὴν παραπομπὴν αὐτοῦ.
ἀνάγνωθι καὶ τὸν Θαλέλαιον τοῦ νβ'. κεφ. τὸν ἐν τέλει τοῦ
παρόντος καταβάτου^v) κείμενον. [Sch. r. VII. 665. 84.]

Ζῆτει κεφ. ιε'. θεμ. β'. καὶ γ'. καὶ λ'. καὶ κθ'. [Sch. s.
VII. 666.]

ἑξήκοντα ἡμέραι ὠρισμέναι] Ἐν τῇ πρὸ ταύτης
διατάξει κοτίνουον εἶπε ψηφίζεσθαι τὸν χρόνον τῆς πενταε-
τίας· ἐνταῦθα δὲ οὐτίλινον τὸν χρόνον τῶν ἑξήκοντα ἡμερῶν.
[Sch. t. VII. 666.]

παρ' ὧτιν ὁ ὑπεύθυνος — κατηγορεῖσθαι δύ-
ναται] Περί^a) τοῦ ἀρχόντος λέγει, ὅπου ὀφείλουσι κριθῆναι
ἢ^r) ἢ ποτε γαμετῆ αὐτοῦ, ἢ ὁ μοιχεύσας αὐτὴν περὶ τοῦ
ἔγκληματος. [Sch. u. VII. 666.]

τὴν τῆς συκοφαντίας ἀτιμίαν φοβεῖσθαι οὐκ
ὀφείλει] Πρὸς^{ch}ες, ὅτι ὡς ἐξ ἀντιδιαστολῆς ὁ κατηγορῶν
ἰούρε μαρτί οὐκ ὑπόκειται τῇ ἀτιμίᾳ τῆς συκοφαντίας. [Sch. x.
VII. 666.]

3) sed et si filii eius ei obtemperantes oc-
ciderint] Forte enim aegrotabat ipse, et occidere
non poterat.

4) sed si non praecipiente lege hoc fecit]
Ut si maritus honestiorem virum occiderit. Et quaere
cap. 23. vel libertus patronum, ut cap. 41. them. penult.

5) ignoscimus ei] Licet homicidium commis-
sum sit.

6) quia et noctu deliquit] Quaere tit. 39. cap. I.
them. ult.

XLIX. Adulter¹⁾ post quinquennium, quam com-
missum adulterium dicitur, quod continuo numeratur,
accusari non potest. Et has praescriptiones reis legi-
bus datas auferri non oportet.

1) adulter] Theod. Post quinquennium continuum
nemo tenetur adulterii, sed ut adicit const. 27. huius
tit. si conveniatur post dictum tempus, opponit prae-
scriptionem temporis.

Thalel. Adulter post quinquennium a tempore deli-
cti continuo computandum non accusatur.

L. Iure mariti adulterii accusare volenti¹⁾ sexa-
ginta dies utiles²⁾ computantur, quibus in publico
eius facultas fuerit, apud quem reus vel rea accusari
potest³⁾. Et cum praeterierint dies utiles, maritus
quoque iure extranei accusare potest. Et qui confidit
accusationi, calumniae notam timere non debet⁴⁾.

1) iure mariti adulterii accusare volenti]
Theod. Lege Iulia de adulteriis vir agit intra sexaginta
dies iure mariti, post sexaginta dies iure extranei.
Significat autem const. 7. huius tit. non tantum mari-
tum, sed etiam sponsam eadem lege agere iure mariti
adversus eum, qui sibi desponsam puellam stupravit.
Lege autem const. 16. huius tit. quae ait, eum, qui egit
iure mariti, si destiterit sine abolitione, id crimen
exercere amplius non posse. Sciendum est tamen ex
const. 29. tituli propositi, inscriptionem non deponere
eum, qui agit iure mariti, sed et ex suspitione hoc
crimen eum intendere posse. Simile ait Novella 117.

Thalel. Qui vult accusare iure mariti, sexaginta
dies habet, quibus si puterit accusare, neque accusa-
verit, iam amplius non potest agere iure mariti, sed
aget iure extranei.

Nota Antiquum dicentem, non tantum maritum posse
adulterii accusare iure mariti intra sexaginta dies, sed
et sponsum. Lege et transmissionem eius. Lege et
Thalelaeum cap. 52. positum in extremo huius paginae.

Quaere cap. 15. them. 2. et 3. et 30. et 29.

2) sexaginta dies utiles] In praecedente con-
stitutione continuum quinquennii tempus computari
dixit: hic vero utile esse tempus sexaginta dierum.

3) apud quem reus — accusari potest] De
magistratu loquitur, apud quem vel uxor quondam eius,
vel adulter eius de crimine iudicari debent.

4) calumniae notam timere non debet] Ob-
serva ex contrario sensu, eum, qui accusat iure mariti,
non subici poenae calumniae.

l) Sic Cod. 1350. Fabr. ἰσθένη. m) L. 5. C. h. t. legitur in Syn. p. 523. usque ad vocem δύναιται. In Syn. est cap. 45. h. t.

n) Syn. ἐπερ. Leuncl. in marg. ἤπερ. o) Fabr. ὡς αὐτῆς. p) Cod. 1350. κατὰ (sic), quod Fabr. solvit κατὰ βήματος
Κατάβατον est pagina. Vide du Fresne Gloss. med. et infim. graecit s. h. v. q) Sic Cod. 1350. Fabr. παρὰ. r) ἢ, quod
habet Cod. 1350. omisit Fabr.



Τοῦ αἰτοῦ. Σημειώσαι ἐν τῆς ἀντιδιαστολῆς, ὅτι ὁ κινῶν δικαίῳ ἀνδρὸς, κἄν οὐ δυνήθῃ συντίρῃαι τῇ κατηγορίᾳ, ὡς συνοφάτης οὐ καταδικάζεται. ἀνάγνωθι καὶ τὸν τελευταῖον παλαιὸν τοῦ κεφ. πλὴν οἶμαι, ψευδῆ εἶναι ταύτην τὴν παραγραφὴν, διὰ τὸ τέλος τοῦ β. θεμ. τοῦ ιε. κεφ. [Sch. x. VII. 666.]

να. Διά⁵⁾ τὴν χρανθεῖσαν παρθένον τὴν νεαράν, ἣτις νεανιεύει μετὰ ταῦτα ἤρξατο, κατήγορος νόμιμος οὐκ ἔστι· καὶ διὰ τοῦτο δικαίῳ τοῦ ἀνδρὸς τὸ ἔγκλημα γυμνάσειν οὐ δύναται, εἰ μὴ ἄρα ἡ κόρη ἢ βιασθεῖσα μνηστὴ αὐτοῦ ἐγένετο. εἰ δὲ αὐτὴ τὰς ἀδικίας τὰς ἰδίας, παρόντων αὐτῇ τῶν κουρατιῶρων, δι' ὧν καὶ τὰ πράγματα αὐτῆς χειρίζονται, μεθόδευῃ, ὁ ἄρχων τῆς ἐπαρχίας κατὰ τὴν χρεωστομένην τῷ τοιοῦτῳ ἔγκληματι, εἰν ἀποδειχθῆ, αὐστηρίαν δοκιμάσει.

διὰ τὴν χρανθεῖσαν παρθένον τὴν νεαράν] Θεοδώρου. Ἡ βιασθεῖσα κόρη κινεῖν δύναται τὸν δὲ ἀδολυτέρας κατὰ τοῦ φθείραντος αὐτήν. ὡς δὲ ἐπάγει ἡ κ. διατάξις τοῦ παρόντος τι. καὶ ᾧ δ' ἂν θέλῃ, συναπτεται. [Sch. y. VII. 666.]

Θαλέλ. Ἡ διάταξις φησιν, ὅτι καὶ ὁ μνηστὴρ δύναται ἰουε marito κατηγορεῖν κατὰ τοῦ φθείραντος τὴν κόρην. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ κόρη δύναται κινήσει κατὰ τοῦ ἀρπάζαντος ἢ φθείραντος αὐτήν, παρόντων τῶν κουρατιῶρων αὐτῆς. [Sch. y. VII. 666.]

κατήγορος νόμιμος οὐκ ἔστι] Οὐδεὶς, οὔτε ὁ ἀνὴρ ὁ μετὰ ταῦτα, οὔτε ὁ πατήρ. [Sch. z. VII. 666.]

Ἐὰν ὡς μοιχοῦ τοῦ φθείραντος κατηγορήσῃ δικαίῳ ἀνδρὸς. ὁ λέγει, τοιοῦτον ἔστι· οὐ δύναται τις κατηγορεῖν ὑπὲρ τῆς πρό τοῦ γάμου χρανθείσης¹⁾, πλὴν εἰ μὴ²⁾ μνηστὴρ αὐτῆς ὑπῆρχεν³⁾, ἀλλὰ⁴⁾ ἡ γυνὴ κινεῖ. [Sch. z. VII. 666.]

Τοῦτο παλαιὸν μὲν ἐλέγομεν⁵⁾ πρὸς τὸ μὴ κατηγορεῖν αὐτὸν ἰουε marito. νῦν δὲ διατάξεις νεώτερες ἔχουσι πρόσωπα εἰπούσης τὰ δυνάμενα περὶ μοιχείας κατηγορεῖν, οὗτος μετὰ ταῦτα γινόμενος ἀνὴρ οὐ συναριθμεῖται αὐτοῖς. [Sch. z. VII. 666.]

καὶ διὰ τοῦτο δικαίῳ τοῦ ἀνδρὸς τὸ ἔγκλημα γυμνάσειν οὐ δύναται] Ἡ γὰρ ἀνηβος οὐ δύναται ἄνδρα ἔχειν, καὶ λοιπὸν οὐδὲ μοιχεύεται. [Sch. a. VII. 666.]

εἰ μὴ ἄρα ἡ κόρη ἢ βιασθεῖσα μνηστὴ αὐτοῦ ἐγένετο] Ζῆτει κεφ. ιγ. θεμ. ζ. καὶ κεφ. ιβ. θεμ. προτελευτ. καὶ ιγ. θεμ. ζ. καὶ κεφ. οθ. [Sch. b. VII. 666.]

Καὶ τότε ἐβιάσθη, καὶ γάμος παρεμποδίσθη⁶⁾. μετὰ γὰρ τὸν γάμον δύναται κινεῖν περὶ τῆς πρό τοῦ γάμου γενομένης μοιχείας. πρὸ δὲ τοῦ γάμου οὐδαμῶς. καὶ ζῆτει κεφ. ιε. θεμ. τελ. ἤγουν διγ. ιβ. [Sch. c. VII. 667.]

ιβ. Ὑπευθύνους μοιχείας δύο ἄμα, ἄρρενα καὶ θῆλειαν, ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας γενέσθαι, ὁ νόμος ὁ περὶ σωφροσύνης κωλύει, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἐξιν διανύεσθαι ἐκατέρους⁷⁾ χροῖ, ὥστε τὸν ἄνδρα πρῶτον ἐναχθῆναι, καὶ οὕτω τὴν γυναῖκα.

ὑπευθύνους μοιχείας δύο] Θεοδώρου. Ἐν ταύτῳ οὐ κατηγορεῖ τις τοῦ μοιχοῦ καὶ τῆς μοιχαλίδος. [Sch. d. VII. 667.]

Θαλέλ. Οὐ δύναται⁸⁾ ἄμα κατηγορεῖν τοῦ μοιχεύσαντος καὶ τῆς λεγομένης μεμοιχεύσθαι. ἐνδέχεται δὲ κατὰ τὰς ἐξιν κατηγορησθαι. [Sch. d. VII. 667.]

Σημειώσαι τὸν Βασιλικὸν ἐνταῦθα λέγοντα τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὐ δύναται κατὰ ταῦτον τὸ περὶ μοιχείας ἔγκλημα κατὰ τὸν μοιχοῦ καὶ τῆς μοιχαλίδος γυμνάσειν. [Sch. d. VII. 667.]

ἀλλὰ κατὰ τὰς ἐξιν] Ἡ τάξις ἐστίν, ὥστε τὸν ἄνδρα πρῶτον⁹⁾ ἐναχθῆναι, καὶ οὕτως τὴν γυναῖκα. [Sch. e. VII. 667.]

διανύεσθαι ἐκατέρους χροῖ] Ζῆτει κεφ. ιε. θεμ. β. ὠραν, καὶ κεφ. ιη. [Sch. f. VII. 667.]

ὥστε τὸν ἄνδρα πρῶτον ἐναχθῆναι] Ζῆτει κεφ. ιε. θεμ. τελευτ. καὶ κεφ. γ. λθ. θεμ. δ. [Sch. g. VII. 667.]

Eiusdem. Nota ex contrario sensu, eum, qui agit iure mariti, licet in accusatione perseverare non poterit, ut calumniatorem non condemnari. Lege et ultimum Antiquum capitulis. At existimo, falsam esse hanc adnotationem, propter finem them. 2. cap. 15.

LI. Propter violatam virginem novellam¹⁾, quae postea pubescere coepit, accusator iustus non est²⁾; et ideo iure mariti crimen exercere non potest³⁾, nisi puella violata sponsa eius fuerat⁴⁾. Sed si ipsa iniurias suas praesentibus curatoribus, per quos et negotia eius geruntur, persequatur, Praeses provinciae pro debita tanto delicto, si probetur, severitate examinetur.

L. 7. C. IX. 9.

1) propter violatam virginem novellam] Theodori. Puella violata potest agere lege de adulteriis adversus stupratorem. Ut autem adicit const. 20. huius tit. et cui voluerit matrimonio coniungi potest.

Thalel. Constitutio ait, sponsum quoque iure mariti stupratorem puellae accusare posse. Item ipsa puella accusare potest raptorem vel stupratorem praesentibus curatoribus suis.

2) accusator iustus non est] Nullus, nec qui postea maritus fit, nec pater.

Ut stupratorem quasi adulterum accuset iure mariti. Quod ait, hoc est: Nemo potest agere ob violatam ante nuptias puellam, nisi sponsus eius fuerit: mulier tamen agit.

Hoc quidem olim dicebatur, non accusare eum iure mariti. Nunc vero constitutione nova certas personas exprimente, quae possunt adulterii accusare, hic, qui postea fit maritus, eis non adnumeratur.

3) et ideo iure mariti crimen exercere non potest] Nam impubes non potest maritum habere, ideoque neque adulterium committit.

4) nisi puella violata sponsa eius fuerat] Quaere cap. 13. them. 7. et cap. 12. them. penult. et cap. 13. them. 7. et cap. 79.

Et tunc temporis violata sit, ac deinde nuptiae secutae sint. Nam post nuptias potest agere de adulterio ante nuptias commisso. Et quaere cap. 15. them. ult. sive dig. 12.

LII. Duos reos adulterii¹⁾ marem et feminam simul ex eadem causa fieri lex de pudicitia vetat. Sed ordine²⁾ utrosque peragi oportet³⁾, ita ut mas primum conveniatur⁴⁾, deinde mulier⁵⁾.

L. 8. C. eod.

1) duos reos adulterii] Theodori. Nullus simul accusat adulterum et adulteram.

Thalel. Non potest quis simul accusare adulterum et eam, quae dicitur adulterasse. Ordine tamen utrumque accusare licet.

Nota Basilicum hic dicentem causam, propter quam non potest simul adulterii crimen in adulterum et adulteram exerceri.

2) sed ordine] Ordo est, ut vir primum conveniatur, deinde mulier.

3) utrosque peragi oportet] Quaere cap. 16. them. 2. locum, et cap. 18.

4) ita ut mas primum conveniatur] Quaere cap. 6. 15. them. ult. et cap. 3. 39. them. 4.

s) L. 7. C. h. t. non esse positam in Basilicis testatur Bals. ad Phot. tit. IX. cap. 30. (apud Voellum T. II. p. 1010.)
) Sic Cod. 1350. Fabr. χρανθείσεως. u) Sic Cod. Fabr. πλὴν ἢ. o) Sic Cod. 1350. Fabr. ὑπάρχων. w) Fabr. post
 ἄλλὰ inserit καί, quod in Cod. 1350. deest. x) Sic Cod. 1350. Fabr. ἐλέγετο. y) Sic Cod. Fabr. παρεκολ. z) Sic
 Cod. 1350. Fabr. ἐτέρους. a) Adde τις. b) πρῶτον, quod habet Cod. 1350. deest apud Fabr.
 Basil. T. V.



καὶ οὕτω τὴν γυναῖκα.] Ἐάν ἀνδρὶ συνεζεύχθη ἢ μοιχαλῆς. εἰ γὰρ μὴ συνεζεύχθη, ἀδιόφορον ἐστὶ. [Sch. h. VII. 667.]

L. 10. C. IX. 9. νγ'. Περὶ^{c)} τοῦ ἐγκλήματος τῆς μοιχείας συμφωνεῖν οὐκ ἔξεστιν, εἰ καὶ^{d)} ἴσον τὸ^{e)} ἐγκλημα τοῦ τε^{f)} κατηγοροῦ τοῦ^{g)} προδεδωκότος, καὶ τοῦ φεύγοντος τὴν τῆς ἀληθείας ζήτησιν οὐκ ἔστιν. ὅστις δὲ ὑπὲρ τῆς εὐρεθείσης ἔλαβε τιμῆμα, τῇ τιμωρίᾳ τοῦ νόμου τοῦ περὶ μοιχείας κατέχεται.

περὶ τοῦ ἐγκλήματος τῆς μοιχείας.] Θεοδώρου. Οὐ διαλύεται τις ἐπὶ τῷ περὶ τῆς μοιχείας. ἀλλὰ καὶ ὁ δειχόμενος χρήματα ἐπὶ τῷ σιωπῆσαι τὸ ἐγκλημα, τιμωρεῖται ὡς μοιχός. ὁμοιον βιβ. β. tit. δ. διατ. η'. ἡγον βιβ. α'. tit. β. κεφ. λ'. ζῆτει βιβ. α'. tit. β. κεφ. λ'. [Sch. i. VII. 667.]

συμφωνεῖν οὐκ ἔξεστιν.] Οὕτως εἰπέ^{h)}· οὐκ ἔξεστι διαλύεσθαι ἐπὶ μοιχείᾳ. εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐγκλημάτων τῶν δι' αἵματος ἐχόντων τιμωρίαν οὐχ ὁμοίων ἐστὶ τὸ προδοῦναι τινα τὴν ἰδίαν δίκην καὶ πραιβερικατεῦσαι, καὶ τὸ διαλύεσθαι ἐφ' ἣ ἐνεστήσατοⁱ⁾ κατηγορίᾳ, ἀλλὰ τὸ μὲν προδοῦναι βασανίζεται, τὸ δὲ διαλύεσθαι οὐ κολάζεται, ἀλλὰ καὶ ἐπιτρέπεται, ὡς βιβ. α'. tit. β. κεφ. λ'. ἀλλὰ γε ἐπὶ μοιχείας καὶ τὸ προδοῦναι τὴν δίκην ἦτοι πραιβερικατεῦσαι καὶ τὸ διαλύεσθαι ἴσον ἀμάρτημα ἐστὶ, καὶ ἐπίσης ἀμώτερα κολάζονται. [Sch. k. VII. 667.]

Ἐπέλεε τοῦτον τὸν νόμον ἐν τῇ ἡ'. διατ. τοῦ δ'. tit. ὅς ἐστι de transactionibus, τοῦ β'. βιβ. τοῦ κωδ. ἦτοι βιβ. α'. tit. β'. τῇ λεγούσῃ, ὅτι ἔξεστιν ἐπὶ τῶν δι' αἵματος ἐγκλημάτων διαλύεσθαι. [Sch. k. VII. 667.]

εἰ καὶ ἴσον ἐγκλημα — οὐκ ἔστιν.] Εἰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν^{k)} δι' αἵματος ἐχόντων τιμωρίαν ἔξεστι διαλύεσθαι. ἐπὶ δὲ τῆς μοιχείας, ἴσον. [Sch. l. VII. 667.]

τῇ τιμωρίᾳ τοῦ νόμου τοῦ περὶ μοιχείας κατέχεται.] Ἐροῦται, ὅτι κατὰ τοῦτου καὶ ἡ μέτους κἀσα κινεῖται. ἴδου οὖν ἔγνωσ, ὅτι καὶ ὁ νόμος ὁ Ἰουλίος κινεῖται κατ' αὐτοῦ. [Sch. m. VII. 667.]

L. 14. C. end. νδ'. Ὁ γενόμενος τῆς γυναικὸς ἀνὴρ καὶ μετὰ ταῦτα διαζευχθεὶς αὐτῆς, δύναται κατὰ^{l)} τῆς μοιχείας τῆς γενομένης ἐν τῷ γάμῳ αὐτοῦ κατηγορεῖσθαι καὶ τῆς γυναικὸς, καὶ τοῦ μοιχεύσαντος αὐτήν. ἐάν^{m)} δὲ ἡ γυνὴ γαμηθῇ ἑτέρῳ, κατὰ μὲν αὐτῆς οὐ δύναται οὐκέτι κινῆσαι· κατὰ δὲ τοῦ μοιχεύσαντος αὐτήν καὶ οὕτως δύναται κινεῖν.

ὁ γενόμενος τῆς γυναικὸς ἀνὴρ.] Θεοδώρου. Μετὰ τὸ ῥεπούδιον γυμνάξει ὁ ἀνὴρ τὸ περὶ μοιχείας ἐγκλημα κατὰ τῆς πατρὸς αὐτοῦ γυναικὸς, καὶ ἐάν ἄλλω συνήφθη, κἀκείνου κατηγορεῖ, ἐάν μὲντοιγε προπαρήγγειλεν αὐτῷ. ὡς γὰρ φησὶ ἡ κς. διατάξεις τοῦ παρόντος tit. οὐ κινεῖ κατ' αὐτῆς πρὸ παραγγελίας. τὸ δὲ μείζον ἐπάγει ἡ λδ. διατάξεις τοῦ αὐτοῦ προκειμένου tit. n) ὡς ἐάν αὐτῆ ἀλόγως ῥεπουδιάτευσε πορνεύεσθαι θέλουσα. μὲνησο τῆς η'. καὶ θ'. διατ. τοῦ ιζ'. tit. τοῦ ε'. βιβ. [Sch. n. VII. 668.]

καὶ τοῦ μοιχεύσαντος αὐτήν.] Ἠρόσκειται εἰς τὸ κατὰ πόδας^{o)} ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐπαρχίᾳ, ἐν ἣ γέγονεν ἡ μοιχεία. καὶ φησὶν ὁ Θαλέλαιος· Σημειώσαι οὖν, ὅτι ἐπὶ τοῦτου τοῦ ἐγκλήματος ὁ κανὼν ὁ λέγων, actor rei forum sequitur, οὐ κρατεῖ· ἀλλὰ κινεῖται τὸ ἐγκλημα ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ, ἐν ἣ ἡμαρτήθη. [Sch. o. VII. 668.]

κατὰ μὲν αὐτῆς.] Ἐως οὐ ὁ μοιχὸς καταδικασθῆ. καὶ ζῆτει κεφ. γ'. καὶ ζ'. καὶ ιδ'. θεμ. τελευτ. καὶ λδ'. θεμ. δ. καὶ ιε'. θεμ. β'. χῶραν, καὶ κεφ. ιη'. [Sch. p. VII. 668.]

Εἰ μὴ πρότερον τοῦ μοιχεύσαντος αὐτήν κατηγορήσεν, ὡς κεφ. ιθ'. θεμ. β'. [Sch. p. VII. 668.]

5) deinde mulier] Si viro coniuncta sit adultera. Nam si innupta sit, nihil refert.

LIII. De crimine adulterii¹⁾ pacisci non licet²⁾, quamvis par delictum accusatoris praevaricatoris et fugientis veritatis inquisitionem non sit³⁾. Qui autem pro comperto stupro pretium accepit, poena legis de adulteriis tenetur⁴⁾.

1) de crimine adulterii] Theodori. Non transigit quisquam de crimine adulterii. Sed et qui accipit pecuniam, ut crimen celet, punitur ut adulter. Simile lib. 2. tit. 4. const. 18. sive lib. 11. tit. 2. cap. 35. Quaere lib. 11. tit. 2. cap. 37.

2) pacisci non licet] Sic dicas: Non licet transigere de adulterio. Nam etsi in aliis criminibus, quae habent poenam sanguinis, par non sit prodere suam causam et praevaricari, et transigere de insituta accusatione, cum proditio coerceatur, transactio non coerceatur, quin imo permittatur, ut lib. 11. tit. 2. cap. 35. in adulterio tamen proditio causae sive praevaricatio et transactio par delictum est, et ex aequo utrumque coerceatur.

Excipe hanc legem a const. 18. tit. 4. qui est de transactionibus, lib. 2. Codicis, sive lib. 11. tit. 2. quae ait, de criminibus sanguinis poenam inferentibus licere transigere.

3) quamvis par delictum — non sit] Licet in aliis criminibus habentibus poenam sanguinis liceat transigere. In adulterio par est.

4) poena legis de adulteriis tenetur] Dictum est, in hunc agi etiam multeris causa. Nunc didicisti, etiam lege Iulia in eum agi.

LIV. Maritus¹⁾ divortio facto adulterii in matrimonio commissi accusare potest et mulierem, et adulterum²⁾. Sed si mulier alii nupserit, adversus eam³⁾ agere non potest: potest tamen agere adversus adulterum.

1) maritus] Theodori. Post repudium vir exercet crimen adulterii adversus eam, quae quondam uxor fuit, et si alii nupta sit, eum quoque accusat, si modo ante ei denunciaverit. Nam ut ait const. 27. huius tit. eam non accusat ante denunciationem. Amplius adiicit const. 34. tituli propositi, [post repudium quoque accusari mulierem adulterii,] si ipsa sine causa repudium miserit scortari volens. Memineris const. 8. et 9. tit. 17. lib. 5.

2) et adulterum] In τῷ κατὰ πόδας additur: in ea provincia, in qua factum est adulterium. Et ait Thaelelaeus: Nota igitur, in hoc crimine regulam dicentem, actor sequitur forum rei, non valere: sed crimen intendi in provincia, in qua commissum est.

3) adversus eam] Quoad adulter condemnatur. Et quaere cap. 3. et 6. et 15. them. ult. et 39. them. 4. et 16. them. 2. locum, et cap. 18.

Nisi prius adulterum accusaverit, ut cap. 19. them. 2.

c) L. 10. C. h. t. legitur in Syn. p. 523. sq. ubi est cap. 49. h. t. Usque ad ἔξεστιν habet Attal. tit. LXX. §. 17. ubi adduntur haec: οὐτε διαλύεσθαι. d) Syn. pro εἰ καὶ habet καὶ. Leuncl. in marg. κἀν. e) τὸ Syn. omisit. f) τὸ Syn. omisit. g) Syn. τοῦτε. h) Sic Cod. 1350. Fabr. εἶπεν. i) Sic lego. Fabr. ἐνηοτήσητο (sic). k) τῶν, quod habet Cod. 1350. omisit Fabr. l) Malim περὶ. m) Haec inde ab ἐάν — μοιχεύσαντος αὐτήν e Cod. 1350. addita desunt apud Fabr. Reperiuntur autem in versione Cuiacii. n) Desunt nonnulla, ut ex versione Cuiacii apparet, quae habet: post repudium quoque mulierem accusari adulterii. Tischendorffus haec e Cod. 1350. non dedit. Haec fere sunt inserenda: καὶ μετὰ τὸ ῥεπούδιον ἡ γυνὴ κατηγορεῖται περὶ μοιχείας.



νε'. 'Εάν τις ἐναχθῆ περι μοιχείας, ἢ γυνὴ οὐχ ὑποβάλλεται τῇ τιμωρίᾳ, μάλιστα ἐὰν ὁ κατηγορήσας ἐκείνου τελευτήσῃ.

ἐὰν τις ἐναχθῆ περι μοιχείας] Θεοδ. Οὐ βλάπτεται ἡ μοιχάλις, κὰν ὁ μοιχὸς κατηγορηθῆ καὶ καταδικασθῆ. [Sch. a. VII. 668.]

Ἐχει^{ο)} δὲ ἡ διάταξις οὕτως· Ἐὶ καὶ οὗτος ἐγκλήματι τῆς μοιχείας καταδικασθεὶς οὐκ ἀποκατέστη^{ρ)}, ὡς θεματίζεις, ὁμοῦ εἰ ἀδελφὴ ἢ σὴ, μεθ' ἧς ἡ μοιχεία ἀμαρτηθῆναι ἐλέγχεται, οὐκ ἦν κατηγορηθεῖσα, οὐδὲ τῇ τιμωρίᾳ, οὐδὲ τῇ ἀτιμίᾳ ὑποβλήθῃναι ἠδυνήθη^{ς)} καὶ πολλῶ πλεον, ὅποτε καὶ τὸν κατηγοροῦν τελευτήσῃ θεματίζεις.

ἢ γυνὴ οὐχ ὑποβάλλεται τῇ τιμωρίᾳ] Ἀπὸ τῆς ἐκείνου κατηγορίας. [Sch. v. VII. 668.]

μάλιστα] Ἦγουν, πολλῶ πλεον τότε οὐκ ἔστιν ὑπεύθυνος. εἰ καὶ μὴ ἐγένετο τοῦτο, οὐχ ὑπέκειτο^{θ)} ἡ γυνή, πολλῶ δὲ μᾶλλον, ὅτι καὶ ἐτελευτήσεν ὁ κατηγορήσας. ἐὰν δὲ νικῆσῃ, νικᾷ δι' αὐτοῦ^{ρ)}. καὶ ζῆτει κεφ. ιθ'. Θεμ. τελευτ. [Sch. a. VII. 668.]

νε'. Τὴν μοιχευθεῖσαν, ἐὰν μετὰ τὸ γυμνασθῆναι τὸ ἐγκλήματι τῆς ἐπαρχίας ἐξῆλθε, καὶ ἀποῦσαν μεταξὺ τῶν ὑπευθύνων ζητηθέντων ἀναληφθῆναι δύνασθαι, φανεροῦ νομίμου ἐστίν.

τὴν μοιχευθεῖσαν] Θεοδώρου. Ἐὰν ἡ κατηγορηθεῖσα ἐπὶ μοιχείᾳ ἀπολειφθῆ μετὰ προκαταρξιν, ἀναζητεῖται ὡς requirenda. φησὶ δὲ ἡ ιε'. διατ. τοῦ παρόντος tit. ὡς ἐὰν πρὸ προκαταρξέως ἀποστῆ, οὐδὲ κηρύγματι καλεῖται, οὐδὲ παραπέμπεται, ἐνθα διάγει ὁ ἀνὴρ αὐτῆς κὰν^{α)} reipublicae causa ἀποδημῶν, ἐπειδὴ δύναται ἐπανιῶν ἐκείνος αὐτῆς^{ς)} κατηγορεῖν. ὁλοῖ γὰρ ἡ κζ'. διατ. τοῦ αὐτοῦ προκειμένου tit. ὡς οἱ καιροὶ τῆς δημοσίας ἀποδημίας οὐ συμμηφίζονται τοῖς χρόνοις τοῦ περι μοιχείας ἐγκλήματος. ἀνάγνωθι τὴν ιθ'. διάταξιν τοῦ παρόντος ὡσαύτως tit. [Sch. t. VII. 668.]

Θαλειλαίου. Ἐὰν μετὰ τὸ ἀμαρτηθῆναι τὴν μοιχείαν καὶ ἀρθῆναι τὸ ἐγκλήμα ἀπολειφθῆ ἡ γυνή, καὶ ἀπολιμπανομένη αὕτη δύναται requirenda γενέσθαι. [Sch. t. VII. 668.]

μετὰ τὸ γυμνασθῆναι τὸ ἐγκλήμα] Σημειῶσαι, ὅτι οὐ χρὴ μόνον γενέσθαι τὸ ἐγκλήμα, ἀλλὰ καὶ ἀρθῆναι τὴν κατηγορίαν. [Sch. u. VII. 668. sq.]

μεταξὺ τῶν ὑπευθύνων ζητηθέντων ἀναληφθῆναι δύνασθαι] Ἦγουν, γίνεσθαι^{α)} αὐτὴν ἀναζητούμενην, ὡς οἱ ὑπεύθυνοι. τοιούτων, ὡσπερ τοὺς ἄλλους ὑπευθύνους ἀπολιμπανομένους^{κ)} ἀναζητοῦμεν, καὶ εἴπερ εὐρομένους τοὺς ἀναλαμβανόμεθα, οὕτως καὶ ταύτην ζητεῖσθαι καὶ εὐρισκομένην ἀναλαμβάνεσθαι ὁ νόμος διακελεύεται. [Sch. x. VII. 669.]

Τοῦτο λέγει, ἵνα καὶ ἀποῦσα μετὰ τὸ ἐναχθῆναι, καὶ κληθεῖσα, εἰ μὴ παραγένηται, ὑποβλήθῃ τῇ ὄρισμένῃ κατὰ τῶν κληθέντων καὶ μὴ παραγενομένων ἐπὶ τοῖς ἐγκλήμασι τιμωρίᾳ^{λ)}. [Sch. y. VII. 669.]

νε'. Ἐὰν πρὶν ἢ κατηγορηθῆ, ἢ γυνὴ ἀπελειφθῆ, ἄτοπὸν ἐστίν, αὐτὴν κληθῆναι καὶ ἐλθεῖν εἰς τὴν ἐπαρχίαν τοῦ ἀνδρός, ἐν ἣ στρατεύεται, καὶ οὕτως κατηγορηθῆναι. ἀρίσκει γὰρ ἐκείνο, ὅτι ὀτεδήποτε παυσάμενος τῆς στρατείας ἐντὸς ἐνιαυτοῦ, ἐπειδὴ οὐτίλιός ἐστιν ὁ χρόνος, δύναται τῷ δικαίῳ τοῦ ἀνδρός κατηγορησῆαι.

ἄτοπὸν ἐστίν, αὐτὴν — ἐλθεῖν εἰς τὴν ἐπαρχίαν τοῦ ἀνδρός, ἐν ἣ στρατεύεται] Ἐπειδὴ γὰρ ἱεροκαίρως μένει ἐν τῇ στρατείᾳ, ἄτοπὸν ἐστίν, αὐτὴν^{μ)} κληθῆναι ἐκεῖσε, ἐνθα προσκαίρως στρατεύεται. σημειῶσαι, ὅτι πῖ στρατιωτῶν παρεξίρηται τὸ μοιχικὸν πενταεταίον, καὶ δλοῖται αὐτοῖς εἰς ἀποκατάστασιν ἕτερος ἐνιαυτός ἀπὸ τῆς ἱεροσύνης διατάξεως, διὰ τὸ καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς προνομίοις ὃν στρατιωτῶν φιλοτιμηθῆναι^{ν)}, καὶ διὰ τὸ δεικνύσθαι ἐναυθα θέλειν τὸν στρατιωτῶν κατηγορεῖν, μὴ δύνασθαι δὲ

LV. Si quis de adulterio conveniatur¹⁾, mulier L. 12. poenae non subiicitur²⁾, maxime³⁾ si accusator eius C. IX. 9. decesserit.

1) si quis de adulterio] Theod. Nihil nocet adulterae, quamvis adulter accusetur et condemnetur.

Constitutionis autem verba haec sunt: Etsi crimine adulterii damnatus restitutus non esset, ut proponis, si tamen soror tua, cum qua adulterium commissum dicebatur, non est accusata, nec poenae, nec infamiae subici potuit: et multo magis, cum et accusatorem vita esse functum proponas.

2) mulier poenae non subiicitur] Ex illius accusatione.

3) maxime] Id est, multo magis non tenetur. Etiam si hoc non fiat, poenae non subiicitur mulier, et multo magis, si accusator defunctus sit. Si vero reus vicerit, vincit per eum. Et quaere cap. 19. them. ult.

LVI. Adulteram¹⁾, si postquam crimen exerceri L. 13. coepit²⁾, provincia excesserit, etiam absentem inter C. eod. reos requirendos recipi posse³⁾, explorati iuris est.

1) adulteram] Theodori. Si accusata adulterii mulier abfuerit post litem contestatam, requiritur ut requirenda. Const. autem 15. huius tit. dicit, si ante litem contestationem decesserit, neque edicto eam evocari, nec transmitti in eum locum, ubi maritus degit, licet reipublicae causa absit, quia reversus eam accusare potest. Nam ut ostendit const. 27. tituli propositi, tempora absentiae reipublicae causa non computantur temporibus criminis adulterii. Lege const. 19. huius tit.

Thalelai. Si post commissum adulterium et inchoatam accusationem mulier abierit, etiam absens potest requirenda fieri.

2) postquam crimen exerceri coepit] Nota non satis esse, si commissum sit crimen, sed coeptam quoque oportet accusationem esse.

3) inter reos requirendos recipi posse] Sive requirendam eam fieri quasi ream. Hoc est, sicut alios reos absentes requirimus, et si inveniamus, recipimus, sic et hanc requiri et inventam recipi lex iubet.

Hoc ait, ut absens postquam agi coeptum est, et vocata nisi sistat se, subiiciatur poenae in criminibus statutae in eos, qui vocati non veniunt.

LVII. Si antequam accusaretur mulier, abesse L. 15. coeperit, absurdum est eam vocari et venire in provinciam, in qua vir militat¹⁾, atque ita accusari. Id enim placet, quandoque finita militia intra annum, quia utile tempus est, iure viri posse eum accusare²⁾.

1) absurdum est eam — venire in provinciam, in qua vir militat] Nam quia ad tempus manet in militia, absurdum est eam in locum vocari, in quo militat ad tempus. Nota, in militibus crimen adulterii excedere quinquennium, et eis ad restitutionem annum dari hac constitutione, tum quod et in aliis quam plurimis privilegia militi concessa sint, tum quod constat hic voluisse militem accusare, sed culpa mulieris non potuisse. Annus autem restitutionis

ο) Haec inde ab ἔχει adduntur e Cod. 1350. Desunt apud Fabr. p) Sic legendum. Cod. 1350. ἀπέστη. q) Sic Cod. 1350. Fabr. ὑπέκειται. r) Sic Cod. Fabr. δι' ἑαυτοῦ. s) κὰν, quod habet Cod. 1350. omisit Fabr. t) αὐτῆς, quod abet Cod. 1350. deest apud Fabr. u) Sic Cod. 1350. Fabr. γίνεσθαι. k) Sic lego. Fabr. ἀπολιμπανομένην. l) Sic Cod. 1350. Fabr. τιμωρίαν. m) Sic lego consentiente Cuiacii versione. Fabr. αὐτόν. n) Sic lego. Fabr. φιλοτιμηθῆναι.



δι' αἰτίαν τὴν τῆς γυναικός. ὁ δὲ ἐνιαυτὸς τῆς ἀποκαταστάσεως ἐνταῦθα οὐ τετραετής ἐστίν. ὁ γὰρ ἐν τοῖς διγέστοις ἐνιαυτὸς μετεποιεῖται εἰς δ'. ἐπὶ τῆς ἐν τῷ λδ'. τι. τοῦ ι'. βιβ. διατάξεως. οὐ μὴν καὶ ὁ ἐν ταῖς διατάξεσιν εὐρισκόμενος ἐνιαυτὸς, οἷός ἐστι καὶ ὁ παρών. τὸ μὲν γὰρ παρὸν θέμα ἐστὶ βιβ. τοῦ κωδ. ἐκείνο δὲ τῶν Βασιλικῶν. [Sch. z. VII. 669.]

ἐν τῷ ἐνιαυτοῦ — δύναται τῷ δικαίῳ τοῦ ἀνδρός κατηγορεῖσθαι. Ἐπειδὴ οὐτίλος ἐστίν ὁ χρόνος, ἐν ᾧ δυνατὰ τις iure mariti κατηγορεῖν, οὐ ψηφίζεται τῷ στρατιώτῃ. ἡ γὰρ πενταετία ὡς κοινοῦως ψηφισομένη, τῷ στρατιώτῃ ψηφίζεται. [Sch. a. VII. 669.]

L. 16. C. IX. 9. νη'. Καὶ ὁ κινήσας τῷ δικαίῳ τοῦ ἀνδρός ὀφείλει συγχώρησιν αἰτῆσαι, καὶ οὕτως τοῦ ἐγκλήματος ἀποστήναι. εἴρηται γὰρ, ὅτι, εἰ χωρὶς συγχώρησεως ἀποστή, οὔτε δύναται μετὰ ταῦτα τὸ ἐγκλημα κινήσας.

ὀφείλει συγχώρησιν αἰτῆσαι] Πῶς χρὴ τὴν ἀβολιτῶνα αἰτῆσαι, μαθήσῃ σὺν θεῷ ἐν τούτῳ τῷ βιβ. ἐπὶ τῷ δὲ ἀβολιτιόνibus. σημείωσαι, ὅτι χρὴ τὸν ἀνδρὰ μετὰ ἀβολιτῶνα ἀποστῆναι τοῦ τῆς μοιχείας ἐγκλήματος, ἵνα μὴ ὑποπέσῃ τῷ ὀφείλει τῆς σφοδρατικῆς κινδύνῳ. καὶ ζῆτει κεφ. ιε'. θεμ. β'. τὸ τέλος, καὶ κεφ. κθ'. καὶ ιδ'. θεμ. γ'. [Sch. b. VII. 669.]

εἴρηται γὰρ] Τῷ δόγματι τῆς συγκλήτου τῷ Τουρπιλλιανῷ. [Sch. c. VII. 669.]

ὅτι εἰ χωρὶς συγχώρησεως ἀποστή] Πλοκάται γὰρ νομίζων, ὅτι εἰ χωρὶς ἀβολιτιόνibus ἀποστή, χωρὶς ἔξει τοῦ) καὶ πάλιν τὸ ἐγκλημα ἐγγυμνάσαι). σημείωσαι, ὅτι ὁ κατηγορήσας iure mariti καὶ μὴ πληρώσας εὐκαίρως τὸ ἐγκλημα, οὐκ ἐτι δύναται αὐτὸ ἐγγυμνάσαι. ζῆτει τι. α'. κεφ. ιγ'. θεμ. β'. [Sch. d. VII. 669.]

L. 18. C. eod. νθ'. Ὁ καταλείψας ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ γυναῖκα, καὶ ἑτέρον ἀγαγόμενος, καὶ φθορὰν πρὸς αὐτὴν ἀμαρτάνει, ἥστινος ἡ γυνὴ ἄγνοοῦσα ἀμέτοχος ἐστίν· καὶ ὀφείλει ἀποκαθιστῆναι αὐτῇ πάντα τὰ πράγματα, ὅσα ἐν προσήματι τοῦ γάμου ὡς ἀνὴρ δῆθεν ἔλαβε παρ' αὐτῆς, οὐ μὴν ὅσα ὠμολόγησεν ὡς μνηστῆρ.

ὁ καταλείψας ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ γυναῖκα] Θεοδώρου. Ὁ ἔχων δύο γαμετάς ἀτιμῶνται. ἔγνωσ δὲ ἐν τῷ ε'. βιβ. τι. ε'. διατ. β'. ὅτι οὐ κολάζεται ἡ κατὰ ἄγνοιαν συναφθεῖσα τῷ ἄλλῃ ἔχοντι γαμετήν· τὴν μὲν ἰδίαν προικὴ ἀναλαμβάνει, κέρδος δὲ τι οὐκ ἀποφέρεται ἐκ τοῦ ἀγαγομένου αὐτῇ. ἔγνωσ δὲ ἐν τῷ ε'. βιβ. τι. ε'. διατ. δ'. ὅτι καὶ ἡ κατὰ ἄγνοιαν ἀφαιμιτογαμήσασα οὐ στερεῖται τῆς αὐτῆς προικός. δεῖται δὲ τὰ νόμιμα κατὰ ἀντιδιαστολήν· εἰ γὰρ εἰδῆσει ταῦτα ποιήσει γυνή, φισκοῦται ἢ προξὲ αὐτῆς· δηλονότι εἰ μὴ πρὸ τοῦ ὠρισμένου χρόνου ἀποστή κατὰ τὴν περὶ ἀφαιμιτογαμῶν νεορῶν. [Sch. e. VII. 670.]

Ἐκείνος), ὅστις δύο ἄμα ἔσχε γυναῖκας, χωρὶς ἀμφιβολίας ἐπιδικᾷ αἰμίαν. ἐν τούτῳ γὰρ τῷ πράγματι οὐ τὸ ἀποτελεσμα τοῦ νόμου, ὅτι οἱ πολῖται οἱ ἡμέτεροι γάμους συναλλάττειν πολλοὺς κολύονται, ἀλλ' ἡ τοῦ λογισμοῦ πρόθεσις ἐνοεῖται. πλὴν ἐκεῖνον, ὅστις σε διὰ πλαστής χηρείας ἠπάτησεν, ὅποτε ἄλλην οἰκοδόμοισιν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ κατέλεψεν, ὑπενόησε πρὸς γάμους, καὶ ἐγκλημα τοῦ ἀνδρός), ἐξ οὗ σὺ ἐκβεβλημένη, ὅτι γυναῖκα ἑαυτῷ εἶναι ἐπίστευσας, ἐκ τοῦ κατηγοροῦ τοῦ νομίμου κατὰ τὸ εἰσθὸς ἐπιφέρεται. δηλαδή δὲ τὰ πράγματα τὰ σὺ πάντα, ἅτινα παρ' αὐτοῦ ληφθέντα τῇ προσποιήσει τοῦ γάμου ἱκετεύεις ἀποκαταστήναι, δοθήσονται σοι. ἂ δὲ ὡς μνηστῆρ δώσειν σοι ἐπηγγελλάτο, ποῖω τροπῇ ἀπαιτεῖν ἐνδυναμῶς δυνήσῃ ὡσανεὶ μνηστῆρ.

Θαλέλαιος. Ὁ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν δύο γαμετάς ἔχων ἀτιμὸς ἐστίν· οὐδὲ γὰρ δυναμέθρα λέγειν, ὅτι κατὰ νόμον οὐ) συνίστανται οἱ γάμοι. προέθετο γὰρ οὗτος δύο γαμετάς ἔχειν. ταῦτα προκατανομοῦσα ἢ διατάξεις ἔρχεται καὶ ἐπὶ τὸ προκείμενον, λέγουσα, ὅτι καταλείψας καὶ τὰ ἑξῆς. σημείωσαι, ὅτι ἡ διατάξις πρὸς τὴν β. γυναῖκα βούλεται τὸ στρουπτον ἀμαρτάνεσθαι. [Sch. e. VII. 670.]

ἥστινος ἡ γυνὴ ἄγνοοῦσα ἀμέτοχος ἐστίν] Εἰ γὰρ ᾄδει καὶ αὐτῇ, ὑπέμενε) τὴν τιμωρίαν τοῦ νόμου. [Sch. f. VII. 670.]

o) Sic Cod. 1350. Fabr. τὸ. p) Sic legendum. Fabr. τοῦ. q) Sic Cod. 1350 Fabr. ἐγγυμνάσαι. r) Est τὸ κατὰ πόδας constitutionis, quod deest apud Fabr. s) In Codice legitur crimen stupri. t) Sic Cod. 1350. Fabr. ὁ pro οἱ. u) Sic Cod. Fabr. ὑπομένει.

hic non est quadriennium. Qui enim est in Digestis annus, translatus est in quadriennium ex constitutione tit. 34. lib. 10. non etiam qui in constitutionibus invenitur, qualis est hic. Nam hoc thema est ex lib. Codicis, illud ex Basilicis.

2) intra annum — iure viri posse eum accusare] Quia utile tempus est, quo quis iure mariti accusare potest, non computatur militi. Quinquennium, quia continuo computatur, militi computatur.

LVIII. Is etiam, qui accusavit iure mariti, abolitionem petere debet¹⁾, atque ita crimine desistere. Dictum est enim²⁾, eum, qui sine abolitione destitit³⁾, nec postea crimen intendere posse.

1) abolitionem petere debet] Quomodo petenda sit abolitio, discas favente Deo in hoc libro, tit. de abolitionibus. Nota, debere virum cum abolitione desistere ab accusatione adulterii, ne incidat in periculum calumniae. Et quaere cap. 15. them. 2. finem, et cap. 29. et 14. them. 3.

2) dictum est enim] Senatusconsulto Turpilliano.

3) eum, qui sine abolitione destitit] Errat enim qui existimat, si sine abolitione destiterit, adhuc exercendo crimini locum fore. Nota eum, qui accusavit iure mariti nec tempestive implevit accusationem, non posse amplius illud crimen exercere. Quaere tit. I. cap. 13. them. 2.

LIX. Qui domi reliquit uxorem¹⁾, et aliam duxit, et stuprum in eam committit, cuius mulier ignorans particeps non est²⁾, et debet ei restituere res omnes, quas praetextu matrimonii quasi maritus scilicet accepit ab ea, non etiam quas promisit quasi sponsus³⁾.

1) qui domi reliquit uxorem] Theodori. Qui habet duas uxores, infamis est. Didicisti autem lib. 5. tit. 5. const. 2. non puniri eam, quae ignorans se iunxit aliam uxorem habenti, et suam dotem repetere, nihil tamen ab eo, qui duxit, lucri eam ferre. Didicisti et lib. 5. tit. 5. const. 4. eam, quae ignorans incestas nuptias contraxit, non privari sua dote. Haec autem iura accipe ex contrario sensu, quia mulieris scientis dos publicatur, scilicet nisi ante definitum tempus discesserit, secundum Novellam de incestis nuptiis.

Eum, qui duas simul habet uxores, sine dubitatione comitatur infamia. In ea namque re non iuris effectus, quo cives nostri matrimonia contrahere plura prohibentur, sed animi destinatio cogitatur. Verum tamen ei, qui de ficto coelibatu decipit, [et] cum aliam matremfamilias in provincia reliquisset, sollicitavit ad nuptias, etiam crimen viri, a quo tu remota es, quod uxorem te esse credebas, ab accusatore legitimo sollemniter inferretur. Ceterum res tuae omnes, quas ab eo interceptas matrimonii simulatione petis restitui, tibi reddentur. Quae vero ut sponsae daturum se tibi promisit, quomodo repetere cum effectu poteris quasi sponsa?

Thalelaeus. Qui eodem tempore duas uxores habet, infamis est: neque enim possumus dicere, iure nuptias non consistere. Hic enim proponitur duas uxores habere. Hoc ante definito, constitutio progreditur ad propositum, dicens, Qui reliquit et quae sequuntur. Nota constitutionem velle, in secundam uxorem stuprum committi.

2) cuius mulier ignorans particeps non est] Nam si et ipsa scierit, poenam legis sustinet.



οὐ μὴν ὅσα ὁμολόγησεν ὡς μνηστήρ] Οἷον ἀρ-
ραβῶνα καὶ ὑπόβολον γαμος γὰρ οὐ συνέστη. [Sch. g.
VII. 670.]

ζ'. Δύναται μὲν ἡ γυνὴ περὶ μοιχείας ἐναγομένη
ἀπαιτεῖν, ὥστε καὶ τὸν κατηγοροῦν αὐτῆς παρῆναι ἐν
τῷ δικαστηρίῳ. ταῦτα δὲ ἐν ἀρχῇ τῆς δίκης δύναται
κατὰ καιρὸν αἰτῆσαι. εἰ γὰρ ἤδη προβάτων τῶν
ἐλέγχων ἐπὶ τῇ μοιχείᾳ, καὶ μετὰ ταῦτα τοῦ ἀνδρός
ἀναχωρήσαντος διὰ τὸ ἀπασχολεῖσθαι αὐτὸν διὰ τὴν
οἰκίαν στρατείαν, τίθησι^ν) τὰς εἰρημένας δικαιολο-
γίας, οὐκέτι λοιπὸν ἀκουσθήσεται.

δύναται μὲν ἡ γυνὴ] * Τὸ κατὰ πόδας. Κἂν τὰ
μάλιστα ἀναμφιβόλου νομίμου ἐστίν, ὅσαίς μοιχείας ἐγκλημα
κινεῖται, τὴν παρουσίαν τοῦ κατηγοροῦ προβαίνειν ὀφείλειν.
ὅμως, ἐπειδὴ ἐκ τῶν πραγμάτων^ν) τῶν σῶν ἔγνωμεν, Μα-
τερίαν τὴν πραιποσίτου τοῦ βιάτορος γαμετῆρ, γινόμενης ἤδη
ἐξετάσεως, μετὰ Ἰουλιανοῦ ποτε μοιχείαν ἡμαρτηρέναι, ἐλεγ-
χθεῖσαν ἐπὶ αὐτῇ τῇ προαγωγῇ τῆς ἐξετάσεως, ἐπὶ αὐτοῦ τοῦ
βιάτορος παρουσίαν αἰτῆσαι, οὐκ ἐνομίσαμεν, πληρωθέντος
σχεδὸν τοῦ δικαστηρίου καὶ τοῦ δράματος καὶ γενομένης ἤδη
τῆς ἐξετάσεως ἐλεγχθέντος, τὸν πραιπόσιτον ἐκ τῶν ἀγρυπνιῶν
τοῦ λιμίτου μετακλητέον εἶναι.

ταῦτα δὲ ἐν ἀρχῇ τῆς δίκης δύναται κατὰ και-
ρὸν αἰτῆσαι.] Ἡ γυνὴ βουλομένη παρῆναι ἐν τῇ καταδίκῃ
καὶ τὸν ἀνδρα αὐτῆς, ἐκέχρητο^ν) τῇ δικαιολογίᾳ ταύτῃ, ὅτι
χρῆ πάντως τὸν κατηγοροῦν παρῆναι κινουμένου τοῦ ἐγκλή-
ματος. λέγει δὲ ἡ διάταξις, ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ ἐγκλήματος
ταῦτα καλῶς ζητεῖται. νῦν δὲ καὶ παρῆν ἐν ἀρχῇ, καὶ κινη-
θέντος τοῦ ἐγκλήματος τότε ἀπελείφθη. [Sch. h. VII. 670.]

οὐκέτι λοιπὸν ἀκουσθήσεται.] Τότε γὰρ ὁ ἀνὴρ
οὐ δύναται δικάζεσθαι ὡς ἄπῶν. [Sch. i. VII. 670.]

Ἐν αὐτῷ τῷ προφέρεσθαι τὴν ἀπόφασιν ἤτησεν ἡ γυνὴ,
παρῆναι τὸν ἀνδρα τὸν κατηγοροῦσαντα αὐτῆς, καὶ ἀρνεῖται
ἡ διάταξις. [Sch. k. VII. 670.]

ζα'. Ὀρισμένος ἐστὶν ὁ χρόνος, ἐν ᾧ δύναται τις
δικαίῳ ἀνδρὸς κινήσαι περὶ τῆς μοιχείας.

ὀρισμένος ἐστὶν ὁ χρόνος] * Τὸ κατὰ πόδας. Διὰ
τὰς ἡμαρτηθείσας μοιχείας καὶ τὰς κατηγορηθείσας γυναικας
ἅπλοιοι χρόνοι, οἵτινες οὐτίλως λογίζεσθαι εἰσθῆσι, γεγυμνα-
σμένοι^ν) εἰσίν. εἰ τοίνυν διὰ ἀσχολίαν δημοσίαν τὴν κατηγο-
ρίαν κινήσαι οὐκ ἠδυνήθης, καὶ οὐδὲ πρὸ τοῦ πιστευθέντος
λιτουρημάτων οἱ προγραπτοὶ καιροὶ παρήλθον, μετὰ τὴν
ἀποτεθείσαν φροντίδα, ἦτινι κατέχη, ἀνεκρίαν τὴν τοῦ κατη-
γορεῖν ἐξουσίαν ἔξεις.

ζβ'. Ἐάν^ν) τις μοιχείαν ἡμαρτήσῃ πρὸς ἐκείνην,
πρὸς ἣν ἤδη πολλοὶ ἐπόρνευσαν, οὐκ ἐγκαλεῖται περὶ
μοιχείας.

ἔάν τις μοιχείαν ἡμαρτήσῃ] Θεοδώρου. Ὁ μοιχεύων
τὴν ὑπὸ πολλῶν διὰ κέρδος ἀφανίζομένην^ν), οὐ κατέχει τῶν
περὶ μοιχείας ἐγκλήματι. φησὶ δὲ ἡ κη. διάταξις τοῦ παρόντος
tit. ὡς οὐδὲ μοιχεύων τὴν ἐν ἐργαστηρίῳ ὑπηρετοῦσαν ἐνέχεται.
τὸ δὲ αὐτὸ δηλοῖ καὶ ἡ^ν) κδ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ παρόντος
tit. καὶ ἐπὶ τοῦ χρονίου δούλην ἄλλῳ συναπτομένην. [Sch. l.
VII. 670.]

Τὸ κατὰ πόδας. Ἐάν αὕτη, ἣτις σοι ἀπὸ στρούπτου ἐγνω-
σμένη^ν) ἐστὶ, χυδὴν πρᾶσιμον τύπον παρέσχε, καὶ προῖστα-
μένη πορνικῶ ἔθει ἐν τῷ πλήθει ἑαυτὴν παρέσχε^ν), τὸ τῆς
μοιχείας ἐγκλημα ἐν αὐτῇ ἀργεῖ. [Sch. l. VII. 670.]

Σημείωσαι, ὅτι καὶ ἐάν ὑπανδρὸς χυδὴν μίγνυται πολλοῖς,
οὐ πλημμελεῖται πρὸς αὐτὴν μοιχεία. ἀλλ' οὐδὲ πρὸς δούλην
ὑπανδρον οὖσαν. [Sch. l. VII. 670. sq.]

ζγ'. Ἐάν δούλη μοιχευθῇ, οὐκ ἔστιν ἐγκλημα
μοιχείας.

3) non etiam quas promisit quasi sponsus] Veluti arrham et donationem propter nuptias, quia nuptiae non consistunt.

LX. Potest quidem mulier¹⁾ adulterii accusata L. 19.
desiderare in iudicio praesentiam accusatoris. Hoc C. IX. 9.
autem initio litis opportune desiderare potest²⁾. Nam
si iam prolatis adulterii probationibus, viro postea
recedente propter occupationem militiae, praedictas
proponat allegationes, deinceps non audietur³⁾.

1) potest quidem mulier] Τὸ κατὰ πόδας.
Quamvis indubitati iuris sit, quoties adulterii crimen
intenditur, praesentiam accusatoris praecedere debere:
tamen quoniam ex literis tuis cognovimus, Materiam
Praepositi Viatoris uxorem, habita iam quaestione,
cum Iuliano adulterium commisisset, detectam sub ipsa
prolatione sententiae, Viatoris ipsius praesentiam postu-
lasse, non putavimus confecto paene iudicio, facinore
etiam agitata quaestione convicto, Praepositum ab ex-
cubiis limitis revocandum.

2) hoc autem initio litis opportune desi-
derare potest] Mulier, quae volebat praesentem
condemnationi adistere virum suum, utebatur hac alle-
gatione, accusatorem omnino adesse debere intentato
crimini. Sed constituto ait, in initio criminis hoc
exigi recte. Hic vero adfuit initio, et moto crimine
abesse coepit.

3) deinceps non audietur] Tunc enim vir non
potest iudicari ut absens.

In ferenda sententia petit mulier, adistere virum
accusatorem, quod constitutio negat.

LXI. Utile est tempus¹⁾, quo potest quis iure L. 21.
mariti adulterii accusare. C. cod.

1) utile est tempus] Τὸ κατὰ πόδας. Ob com-
missa adulteria, atque accusandas uxores, certa tem-
pora, quae utiliter computari solent, praescripta sunt.
Si igitur per occupationem publicam accusationem in-
stituere non potuisti, nec ante creditum tibi munus
praescripta tempora transacta sunt, post depositam sol-
licitudinem, qua detineris, integram accusandi potesta-
tem habebis.

LXII. Si quis cum ea adulterium commiserit¹⁾, L. 22.
quae iam se prostituit pluribus, non accusatur ad- C. cod.
ulterii.

1) si quis — adulterium commiserit] Theo-
dori. Qui adulterio cognoscit eam, quam plures cor-
rupere quaestus causa, non tenetur crimine adulterii.
Ait autem const. 28. huius tituli, eum etiam non teneri,
qui cum tabernae ministra adulterium commiserit. Idem
et const. 24. huius tit. significat in eo, qui violat anc-
illam alii iunctam.

Τὸ κατὰ πόδας. Si ea, quae tibi stupro cognita est,
passim venalem formam exhibuit et prostitutam mere-
tricis more vulgo se praebuit, adulterii crimen in ea
cessat.

Nota, si uxor passim misceatur multis, in eam non
committi adulterium. Sed neque in ancillam alteri con-
tubernio coniunctam.

LXIII. Si ancilla adulteret¹⁾, non est crimen L. 23. pr.
adulterii²⁾. C. cod.

v) Sic Cod. 1350. Fabr. ἀντιτίθησι. w) Lege γραμμῶν. x) Sic lego. Fabr. ἐκέχρηται. y) Vox γεγυμνασμένοι non apta est. Lege ὀρισμένοι, vel προεργασμένοι. In versione retinui praescripta sunt. z) l. 22. C. h. t. legitur in Syn. p. 524. ubi est cap. 58. h. t. apud Attal. tit. LXX. §. 18. et apud Harm. VI. 2. §. 20. a) Haec vox non recte se habere videtur. Cuiusmodi vertit: quam plures corrumpere. Nescio, quid substituam. b) ἢ addidi. Deest apud Fabr. c) Sic lego. Fabr. ἐγγνωσμένη. d) Verba καὶ — παρέσχε, quae habet Cod. 1350. omisit Fabr.



ἐὰν δούλη μοιχευθῆ]. Θεοδ.^ο) Δούλος οὐ γυμνάζει τὸ περὶ μοιχείας, κἂν ἡ γυνὴ αὐτοῦ διεφθάρῃ ὑπὸ τινοσ. πλήν φησὶν ἡ κ.ε. διάταξις τοῦ παρόντος τι. ὅτι ἐνάγεται αὐτὸς ἐγκλήματι μοιχεύων. εἰπὼν σοι δέ, ὅτι δηλοῖ ἡ κ.ε. διάταξις τοῦ αὐτοῦ παρόντος τι. ὡς ὁ δούλην μοιχεύων οὐ τιμωρεῖται μὲν, οὐδὲ ἀτιμῶνται, περὶ δὲ ὑπόληψως¹⁾ βλάπτεται. [Sch. m. VII. 671.]

Τὸ κατὰ πόδας. Δούλοι διὰ τὸ χροσθῆν αὐτοῖς συνοικέσιον^ε) περὶ μοιχείας κατηγορεῖν οὐ δύναται. [Sch. m. VII. 671.]

οὐκ ἔστιν ἐγκλημα μοιχείας] Ἐπειδὴ νόμῳ οὐ νοοῦνται γάμον συναλλασσειν, οὐδὲ μοιχεία δοκεῖ πρὸς αὐτοὺς ἀμαρτάνεσθαι. [Sch. n. VII. 671.]

L. 25. C. IX. 9. ξδ'. Ἐὰν^{h)} κατὰ τινοσ γένηται ἀπόφασις, ὅτι δούλην τινὸςⁱ⁾ ἐμοιχευσειν, ἢ ὑπόληψις τοῦ τοιοῦτου βλάπτεται, οὐ μὴν^{k)} ἀτιμῶνται.

ἐὰν κατὰ τινοσ γένηται ἀπόφασις] * Εἰ^{l)} καὶ ἡδονῇ ἀρκάτου ἐπιθυμίας ἐκ τῆσ τῶν πραγμάτων ἀναγνώσεωσ καυθῆναι^{m)} ἐγνωσμένον ἔστιν ὁμοσ, ὅποτε δούλην κατελιγφέναι, καὶ οὐκ ἐλευθέρων ἡσληγηκέναι φανερόν ἔστιν, ἐκ τῆσ τοιαύτησ ἀποφάσεωσ βαρυντέρονⁿ⁾ μᾶλλον τὴν ὑπόληψιν τῆσ σπν, ἢ περ τῆ ἀτιμῆσ συντριβεῖσαν, φανερόν ἔστιν.

ἢ ὑπόληψις τοῦ τοιοῦτου βλάπτεται.] Ζῆτει βιβ. κ. τι. γ'. κεφ. ιβ'. καὶ βιβ. ζ'. τι. . . κεφ. ε'. θεμ. ια'. [Sch. o. VII. 671.]

L. 27. C. eod. ξε'. Ἐὰν^{h)} ἀπαξ ἀμαρτήσασα μοιχείαν ἐὰν μετὰ ταῦτα γένηται γαμετῆ τοῦ μοιχεύσαντοσ αὐτήν, οὐ σβέννεται^{p)} τῷ προσχῆματι τοῦ γάμου τοῦ μετὰ τὴν μοιχείαν γενομένου.

ἢ ἀπαξ ἀμαρτήσασα μοιχείαν] Θεοδώρου. Οὐκ ἐλευθεροῦνται τισ τοῦ ἐγκλήματοσ, κἂν μετὰ ταῦτα γυναῖκα ἀρόγηται, ἢν ἔφη μοιχεύσαι. μέμνησο τῆσ ιβ'. διατ. τοῦ παρόντοσ τι. Ζῆτει τοῦ μβ'. τι. κεφ. ιγ'. [Sch. p. VII. 671.]

εἰ μετὰ ταῦτα γένηται γαμετῆ τοῦ μοιχεύσαντοσ αὐτήν] Μὴ προκατηγορηθέντοσ αὐτοῦ ἐπὶ ταῦτη τῆ μοιχείᾳ. [Sch. q. VII. 671.]

L. 28. C. eod. ξς'. Ἐὰν^{h)} διάταξισ κελεύει πάσασ τὰσ ἄλλασ παραγραφὰσ ἀρεῖν ἐπὶ τῆσ μοιχείας, ὑπέξηρημένησ τῆσ λεγούσεσ, ὅτι πέντε ἐνιαυτοὶ παρῆλθον μετὰ τὴν μοιχείαν, καὶ τῆσ παραγραφῆσ^{q)} τῆσ πορνοβοσκίασ, ἢ τισ τῷ ἀνδρὶ ἀντιτίθεται, καὶ ἢ τισ διαλύσασα τὸν πρότερον γάμον πρὸ παραγγελίασ συνῆφθη δευτέρω ἀνδρὶ^{r)}. τοῦτον οὐκ ὑπέξηρημένων, οὐδεμίαν ἔτερον παραγραφὴν συγχωροῦμεν ἀντιτεθῆναι, κινουμένου τοῦ περὶ μοιχείασ ἐγκλήματοσ.

ἢ διάταξισ κελεύει] * Τὸ κατὰ πόδας. Τοσαύτη ἡμῖν αἰδῶσ ἐν τῇ καρδίᾳ ἔστιν, ὅτι ἐκβάλλομεν πάσασ τὰσ τοῦ ἀρχαίου νόμου περιόδουσ, καὶ ὀρίζομεν τῆ τοῦ μοιχοῦ^{s)} ἐξετάσει, ἀπαλειφομένων τῶν λοιπῶν παραγραφῶν, χωρὶσ τοῦ χρόνου τῆσ πενταετίασ, καὶ τῆσ παραγραφῆσ τῆσ πορνοβοσκίασ, ἢ τισ τῷ ἀνδρὶ ἀντιτίθεται, καὶ ἐκείνησ, ἢ τισ μετὰ τὸν διαλυθέντα πρότερον γάμον πρὸ παραγγελίασ τῆ γαμηθείσῃ ἀρμόζει, τῆ πίστει^{t)} τοῦ ἐγκλήματοσ γνωσθεσθαι. ἀνάξιον γάρ, ἵνα τὴν τιμωρίαν τῆσ αἰδοῦσ τὰ ἔχνη τοῦ διεστραμμένου νομοῦ ἀποκλείωσιν.

πάσασ τὰσ ἄλλασ παραγραφὰσ] Ἦσαν τινεσ καὶ ἄλλαι ἐν τοῖσ ἀρχαιότεροισ νόμοισ, ὡσ δηλοῖ τὸ κατὰ πόδας. Ζῆτει τοῦ με'. τι. κεφ. η'. καὶ βιβ. μγ'. τι. ε'. κεφ. β'. περὶ πενταετίασ, καὶ τοῦ αὐτοῦ βιβ. τι. η'. κεφ. με'. [Sch. r. VII. 671.]

τῆσ λεγούσεσ, ὅτι πέντε ἐνιαυτοὶ παρῆλθον μετὰ τὴν μοιχείαν] Ζῆτει βιβ. κη'. τι. η'. κεφ. με'. καὶ τοῦ παρόντοσ τι. κεφ. με'. καὶ κεφ. ε'. θεμ. προτελ. καὶ κεφ. γ'. θεμ. δ'. καὶ τὸν ἐκεῖ Ἐναντιοφανῆ, καὶ τοῦ παρόντοσ τι. κεφ. ιδ'. θεμ. παρατελευτ. [Sch. s. VII. 671.]

e) Nomen Theod. apud Fabr. deest, in versione autem expressum est a Cuiacio. In Cod. 1350. secunda manu hoc nomen adscriptum reperitur. f) Malim ὑπόληψιν. g) Fabr. τὸ habet ante συνοικέσιον, quod deest in Cod. 1350. h) L. 25. C. h. t. legitur in sch. y. ad Basil. XXI. 3. 13. (Fabr. II. 648. Heimb. II. 458.). i) Sch. δούλασ τινὰσ. k) Sch. et Fabr. μέντοι. l) Est τὸ κατὰ πόδας constitutionis. m) Adde σε. n) Lege βαρυνθείσαν. o) L. 27. C. h. t. legitur apud Attal. tit. LXX. §. 19. p) Subintellige τὸ ἐγκλημα. q) Sic necessario legendum. Fabr. τὴν παραγραφὴν. r) Locus corruptus est. Lege καὶ ἐκείνησ, ἢ τισ ἀρμόζει, εἰ ἡ γυνὴ διαλύσασα κ. τ. λ. s) Lege μοιχοῦ, adulterii. t) Lege τὴν πίστιν.

1) si ancilla adulteret] Theod. Servus non exercet crimen adulterii, licet mulier eius vitata sit ab aliquo. At const. 25. huius tituli ait, adulterantem eum crimine adulterii teneri. Dixi autem tibi, significari const. 24. huius tit. eum, qui ancillam adulterio cognovit, nec puniri, neque infamia notari, sed opinionem eius laedi.

Τὸ κατὰ πόδας. Servi ob violatum contubernium suum adulterii accusare non possunt.

2) non est crimen adulterii] Quia iure nuptias contrahere non intelliguntur, neque adulterium videtur in eos committi.

LXIV. Si sententia in aliquem feratur¹⁾, quasi ancillae stupratorem, opinio eius laeditur²⁾, non etiam fit infamis.

1) si sententia in aliquem feratur] Etsi libidine intemperatae cupiditatis ex actorum lectione exarsisse te cognitum est: tamen cum ancillam compressisse, et non liberam stuprasse detectum sit, ex huiusmodi sententia gravatam potius opinionem tuam, quam infamia affictam esse, manifestum est.

2) opinio eius laeditur] Quaere lib. 21. tit. 3. cap. 12. et lib. 7. tit. . . cap. 10. them. 11.

LXV. Quae semel adulterium commisit¹⁾, si postea nubat adultero²⁾, non extinguitur crimen praetextu matrimonii post adulterium contracti.

1) quae semel adulterium commisit] Theodori. Non liberatur crimine qui postea uxorem ducit, quam adulteravit. Memineris const. 12. huius tit. Quaere tit. 42. cap. 13.

2) si postea nubat adultero] Eo prius adulterii non accusato.

LXVI. Constitutio iubet¹⁾ in adulterio omnes alias praescriptiones²⁾ cessare, praeterquam quinquennii elapsi post adulterium³⁾, et lenocinii, quae marito obiiicitur⁴⁾, et eam, quae soluto priore matrimonio ante denunciationem nupta muliere secundo viro competit. His igitur exceptis, nullam aliam praescriptionem obiiici permittimus intentato crimine adulterii.

1) constitutio iubet] Τὸ κατὰ πόδας. Ita nobis cordi pudor est, ut removeamus omnes prisci iuris ambages, et constituamus in adulteri quaestione, abolitis ceteris praescriptionibus, praeter quinquennii temporis, et lenocinii, quae marito obiiicitur, exceptionem, illam etiam, quae post solutum prius matrimonium ante denunciationem nuptae competit, fidem criminis nosci. Indignum est enim, ut ultionem pudoris vestigia versati iuris excludant.

2) omnes alias praescriptiones] Erant et quaedam aliae in veteribus legibus, ut significat τὸ κατὰ πόδας. Quaere tit. 45. cap. 8. et lib. 48. tit. 10. cap. 2. de quinquennio, et eiusdem libri tit. 8. cap. 45.

3) quinquennii elapsi post adulterium] Quaere lib. 28. tit. 8. cap. 45. et huius tit. cap. 46. et cap. 10. them. penult. et cap. 3. them. 4. et ibi Enantiophanem, et huius tit. cap. 14. them. penult.



ἦτις τῷ ἀνδρὶ ἀντιτίθεται] Πρὸ προκατάρξεως καὶ ἀνάγνωθι τὸν ἐναντιοφανῆ τὸν ἐν βιβ. κη. tit. η. κεφ. με. [Sch. t. VII. 671.]

ζζ'. Τὴν^{u)} ἐν ἐργαστηρίῳ προενεχθεῖσαν ποτὲ μὲν ἀκινδύνως, ποτὲ δὲ ἐπικινδύνως μοιχεύει τις. εἰ γὰρ μόνον δέσποινα ἦν^{v)} τοῦ ἐργαστηρίου, ἄλλους ἔχουσα τοὺς ὑπηρετοῦντας τοῖς εἰσιούσιν, ἐπικίνδυνος^{w)} ἢ πρὸς αὐτὴν μοιχεία.

Εἰ δὲ αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ὑπηρετεῖ, καὶ τὸν οἶνον παρῆχε τοῖς πίνουσι, τὸ τηρικαῦτα διὰ τὴν εὐτέλειαν καὶ τὴν δουλικὴν ὑπηρεσίαν οὔτε αὐτὴ, οὔτε ὁ μετ' αὐτῆς ἁμαρτήσας μοιχείας κρίνεται. οἱ γὰρ νόμοι τῆς τῶν εὐνοπολήπτων γυναικῶν σωφροσύνης προενοήσαντο, οὐδένα λόγον θέμενοι τῶν οἰκτρῶν καὶ εὐτελῶν γυναικῶν.

τὴν ἐν ἐργαστηρίῳ προενεχθεῖσαν] * Τὸ κατὰ πόδας. Ἡ τὴν μοιχείαν ἁμαρτήσασα πότερον δέσποινα τοῦ καπηλείου, ἢ ὑπερέτις ἐτύχχανεν, ἀναζητεῖσθαι ὀφείλει, καὶ οὐτὴ τῆς ὑπηρεσίας καταδουλωθεῖσα τῆ δουλικῆ, ἵνα πολλοῖς αὐτῆ τα τῆς ἀρχαίας οἰκονομίας παρασχη^{x)} ἵνα, ἐὰν δέσποινα τοῦ ἐργαστηρίου ἐτύχχανε, μὴ εἴη ἀπὸ τῶν δεσμιῶν τοῦ νομίμου ὑπεξήρημένη· εἰ μὲντοιγε τοῖς πίνουσι τὴν ὑπηρεσίαν παρῆχε, διὰ τὴν οἰκτρότητα ἐκείνης, ἥτις εἰς τὴν κατηγορίαν ἀγεται, τῆς κατηγορίας ἀποκλεισθείσης, ἐλευθεροὶ οἱ κατηγοροῦμενοι ἀναχωρήσαν· ὁπότε ἀπὸ ἐκείνων τῶν γυναικῶν ὁ τῆς σωφροσύνης λογισμὸς ἀναζητεῖται, αἵτινες τοῖς τοῦ νόμου δεσμοῖς κατέχονται, καὶ οἰκοδεσποίνης ὄνομα ἐπέχουσι. αὐταὶ δὲ ἀλειτούργητοι ἀπὸ τῆς δικαστικῆς αὐστηρίας παρέχονται, ὡς ἡ οἰκτρότης τῆς ζωῆς ἀξίας τῆς τῶν νομῶν φυλακῆς οὐχ ἤγησαντο.

* Σημείωσαι, ὅτι πᾶσα ὑπηρεσία ἐν ἐργαστηρίῳ οἰκτρότης ἑαυτῶν· τοῦτο δὲ λέγω σοι διὰ τὴν διάταξιν τὴν ἐν τῷ ε. βιβ. τὴν λέγουσαν, ὅτι οὐκ ὀφείλει ὁ βουλευτὴς τὴν εὐτελῆ γυναῖκα ἀγαγεῖσθαι.

Τὸ κατὰ πόδας τὴν ἐν καπηλείῳ. καὶ φησὶν ὁ Θαλέλαιος· Λόγον χάριν ἐμνημόνευσε τοῦ καπηλείου, ἐπέτιοιγε περὶ παντὸς ἐργαστηρίου τὸ αὐτὸ λέγομεν. οὐδὲν δὲ εἶπε περὶ παρθένου, ἀλλὰ περὶ τῆς ἐχούσης ἄνδρα καὶ ὑπηρετοῦσης. [Sch. u. VII. 671.]

ἐπικίνδυνος] Ζῆτε βιβ. β'. tit. β'. κεφ. μζ'. θεμ. β'. [Sch. x. VII. 671.]

καὶ τὸν οἶνον παρῆχε τοῖς πίνουσι] * Τοῦ Πάτρου. Πρόσχετος, ὅτι προσέθετο· καὶ τὸν οἶνον παρῆχε τοῖς πίνουσι· εἶτα φησὶν, διὰ τὴν εὐτελῆ καὶ δουλικὴν ὑπηρεσίαν, σημαίνων ὡς περὶ τὰς αἰτίας. Ζῆτε βιβ. η'. tit. α'. κεφ. ια'. οὔτε ὁ μετ' αὐτῆς ἁμαρτήσας] Καὶ ταῦτα ἄνδρα χούσης. καὶ ἀνάγνωθι τὸ τέλος τοῦ κατὰ πόδας. [Sch. y. II. 671.]

ζη'. Εἰ^{x)} καὶ τὰ μάλιστα τὸ τῆς μοιχείας ἔγλημα μεταξὺ τῶν δημοσίων ἀναφέρεται, ὡν ἡ κατηγορία εἰς τὸ κοινὸν πᾶσι χωρὶς τινος ἐρμηνείας^{y)} παρακεχώρηται· ἀλλ' οὖν ἵνα μὴ τοῖς βουλομένοις τροπετώ^{z)} ἐξῆ χραίνειν τοὺς γάμους, τοῖς ἐγγίλνουσι αὐτὴ ἀναγκαίως προσώποις μόνον ἀρέσκει προσφέρεσθαι τὴν εὐχέρειαν τοῦ κατηγορεῖν, πατρί^{a)}, ἀδελφῶν, τῶν πρὸς πατρός, καὶ θεῶν πρὸς μητρός. πλὴν καὶ οὗτοι τοῖς προσώποις ἀνάγκην ἐπιτίθεμεν, ἵνα τὸ ἔγλημα τῆ ἀπαλοιφῆ, ἐὰν βουληθῶσιν, ἐπίσχωσιν. πρῶτοι δὲ τὸν ἄνδρα τῆς γενεθλιακῆς στρωμνῆς κδικητὴν εἶναι προσήκει. τοὺς δὲ ἐξωτικὸς πάντας ἀκρᾶν κωλύεσθαι ἀπὸ τῆς κατηγορίας θεσιζόμεν. γὰρ καὶ πᾶν γένος κατηγορίας ἀνάγκη ἐγγραφῆς εσμεῖ, τινὲς ὁμῶς τροπετώ^{z)} τοῦτο ποιοῦσι, καὶ πλαταῖς ὕβρει τοὺς γάμους ἀμορφοῦσιν.

